RVDIMENTA PRIMA GRAMMATICES, EX ERVDITISSIMIS quibuſque Grammaticis excerpta.

PER

GABRIELEM PRATEOlum Marcoßium.




PARISIIS.

Ex officina Gabriëlis Buon, in clauſo Brunello, ad Diui Claudij inſigne.

1580.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



DE PARTIBVS ORATIONIS.

PARTES orationis quot ſunt? Octo. Quæ? Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Aduerbium, Præpoſitio, Coniunctio, & Interiectio.

Quot ex his inflectūtur? Quatuor. Quæ? Nomē, Pronomen, Verbū, & Participium.

Quomodo? Verbum declinatur per modos, tempora, perſonas, & numeros. Reliquæ tres, per caſus, & numeros.

Quot ſunt inflexibiles? Aliæ quatuor, Aduerbium, Prępoſitio, Coniunctio, & Interiectio.

Cur dicuntur indeclinabiles? Quia finali terminatione non variantur.

Ex his quæ inflectūtur, quot ſunt principales? Duæ, Quæ? Nomen, & Verbum.

Cur ita? Quia ipſæ ſolæ faciunt elocutionem: vt Cicero ſcripſit, Virgilius fecit: & ſine ipſis nulla pars implet elocutionem.

Quot ſunt articuli ſeu generum notæ, quibus ad diſcernendum caſus, numeros, & genera Latini vtuntur? Tres. Qui(Hic, hæc, hoc.

DE NOMINE.

NOmen quid eſt? Pars orationis, quæ declinata caſibus, propriè communitérve aliquid corporale aut incorporale, ſine vlla temporis aut certæ perſonæ adſignificantia deſignat.

Quid vocas corporale? Quicquid vìdetur, aut tāgitur: vt, Lapis, Aër.

Quid incorporale? Quicquid nullo ſenſu percipitur: vt, Angelus, anima, virtus, ſcientia.

Vnde dicitur nomen? Ab ὄνομα Greca dictione: vel à Noſco, quia rem notificat.

Quotuplex eſt nomē? Duplex. Subſtantiuū & Adiectiuū.

Quid eſt Subſtantiuū: Quod per ſe ſubſtat verbo, hoc eſt, quod cum verbo poſitum, orationem ſenſus capacē efficit.

Vnde dicitur ſubſtantiuum? A verbo Subſto, as: quia adiectiuo in oratione ſubſtat.

Quot modis flectitur ſubſtantiuum? Duobus. Quibus? Primò per vnum genus & articulum: vt hic pater, hæc mater, hoc templum. Secundò, per duos articulos: vt hic & hæc parens: hic & hæc ſacerdos.

Quid eſt adiectiuum? Quod alteri neceſſariò adiicitur, nempe ſubſtantiuo, vt cum verbo ſenſum perfectũ reddat.

Vnde dicitur adiectiuũ? Ab adiicio: quia per ſe in oratione conſiſtere nõ poteſt, ſed ſemper proprio aut appellatiuo expreſſo, aut intellecto ſubſtãtiuo adiicitur, vt declaret eius qualitaté aut quãtitatẽ, niſi ſubſtãtiuetur in neutro genere.

Quot modis declinatur adiectiuũ? Quatuor. Quibus? Primò per vnũ finẽ & tres generum notas: vt hic & hæc & hoc fœlix. Secundò, per duos fines, & tres articulos: vt hic & hęc fortis, & hoc forte. Tertiò, per tres generis notas, & totidẽ varios fines: vt hic acer, hæc acris, hoc acre. Quartò per tres diuerſas voces, ſine generum notis: vt bonus, bona, bonum.

Quotuplex eſt adiectiuum? Triplex. Nomen, vt bonus: Pronomen, vt meus: Participium, vt lectus.

NOMINIS ACCIDENTIA.

Nomini quot accidunt? Septem. Quæ? Qualitas, comparatio, genus, numerus, figura, caſus, cum declinatione.

QVALITAS.

Quid eſt Qualitas? Communis à proprio nomine diſtinctio: quia per eam quale ſit nomen dignoſcimus, proprium videlicet, an appellatiuum.

Quot ſunt qualitates in nomine? Duæ. Quæ? Propria, & Appellatiua.

Quid eſt propria? Peculiaris vniuſcuiuſque rei appellatio: vt Ioannes, Petrus, Anna, Lucia, Roma, Italia, Sequana, Olympus.

Quid eſt appellatiua? Communis multarum rerum appellatio: vt Homo, vir, mulier, vrbs, fluuius, regio, inſula, mons, menſis, ventus.

COMPARATIO.

Quid eſt Comparatio? Rei ad rem collatio: vt, Petrus eſt doctior Ioanne.

Quot ſunt gradus comparationis? Tres. Qui? Poſitiuus, vt fortis. Cõparatiuus, vt fortior. Superlatiuus, vt fortiſſimus.

Quæ nomina comparantur? Adiectiua tantùm, eáque ſo-

lùm quæ qualitatem aut quantitatem ſignificant nimirum. quorum ſignificatio augeri vel minui poteſt in cõparando

Vnde petitur hæc qualitas? Primò,ab anima: vt doctus. Secundò, à corpore vt candidus, niger. Tertiò, à fortuna: vt fœlix,miſer. Quartò,à menſura: vt magnus, paruus.

Quid eſt poſitiuus? Qui rem ſuam citra vllum exceſſum qualitatis ſignificat: vt doctus.

Quid eſt comparatiuus? Qui exceſſum alicuius qualitatis, reſpectu vnius aut plurium ſignificat: & reſoluitur per hoc aduerbium Magis: vt Doctior illo vel illis, id eſt, magis doctus, *Plus ſçauant que ceſtuy là, ou que ceux-là.*

Quid eſt ſuperlatiuus? Qui exceſſum alicuius qualitatis, reſpectu plurium ſignificat, & reſoluitur per aduerbiũ Maximè: vt Doctiſſimus omniũ, id eſt, maximè doctus, *Le plus ſçauant de tous.*

Cõparatiuus gradus cui caſui adiũgitur? Ablatiuo vtriuſq; numeri ſine præpoſitiõe, vel nominatiuo, interpoſita particula Quàm idq; cùm aliquẽ vel ſuo vel alieno generi cõparamus: vt, Hector fortior Diomede, vel audacior Troianis fuit: vel fortior quàm Diomedes, & audacior quã Troiani.

Superlatiuus cui caſui adiungitur? Genitiuo tantùm plurali, idque cùm aliquem ſuo generi comparamus: vt Hector fortiſſimus Troianorum fuit. Iungitur & aliquando genitiuo ſingulari, quando videlicet nomina ſunt renunciatione ſingularia, intellectu verò pluralia: vt, O Danaum fortiſſimè gentis Tydide: Optimus plebis.

GENVS.

Quid eſt Genus? Sexus diſcretio, & maſculini à cæteris diſtinctio.

Genera nominũ quot ſunt? Septẽ. Quæ? Maſculinum, fœmininũ, neutrum, cõmune, omne, promiſcuum, & incertum,

Quot ex his ſunt præcipua? Duo. Quæ? Maſculinum, & fœmininum.

Cur ita? Quia cùm genus à Genero, as, dicatur, hi duo ſexus tantùm generant: reliqui verò ab his generantur: vt eſt Neutrum genus, quod neque maſculinum eſt, neque fœmininum. Commune, quod eſt maſculinum & fœmininum. Omne, quod ſupradicta continet genera.

Quid eſt maſculinum genus? Quod ad mares tantùm pertinet, in eo genere rerum, quod vtrumque ſexum recipit: vt Vir, Theodorus, Poëta.

Quid est Fœmininum genus? Quod ad fœminas tantùm pertinet in eo rerum genere, quod vtrumque sexum recipit: vt, Mulier, Cornelia, Textrix.

Cur dixisti in eo rerum genere, quod vtrumque sexum recipit? Quia genera quæ maris & fœminæ discrimen recipiunt, naturalia quidem sunt: reliqua masculina aut fœminina, ex authoritate descendunt. Nam id masculinum aut fœmininum nomen appellamus, quod apud probatos scriptores solis masculinis aut fœmininis iungi solet: vt hic lapis, hæc domus. In his enim naturalem nullum intelligimus sexum, sed eum sequimur, quem formauit authoritas.

Quid est Neutrum genus? Quod nec mari proprium est, nec fœminæ, quódque in communi loquendi vsu, cum dictionibus iungitur, quæ nec masculinæ, nec fœmininæ sunt: vt, Saxum, iumentum, mancipium.

Quid est Commune genus? Quod pariter marem & fœminam significat: & ideò commune duûm generum appellatur: vt hic & hæc sacerdos, hic & hæc specus.

Quid est Omne genus? Quod vocibus cuiusque generis potest conuenire, & ideò commune trium generum dicitur: vt hic & hæc & hoc velox, fœlix, potens: hic & hæc omnis & hoc omne.

Quid est Promiscuum siue Epicœnum genus? Quod sub vno genere significat vtrumque sexum: vt Passer, Miluus, quæ sub masculino: Aquila, Mustella, quæ sub fœminino vtrumque genus comprehendunt.

Quid est dubium genus? Quod nulla ratione, sed solo authorum arbitrio, ab aliis masculinè profertur, ab aliis fœmininè: vt hic aut hæc Margo, cortex, dies.

Quomodo differunt Epicœnum & Commune? Sic differunt, quòd in cōmuni articulo sexum secernimus: vt hic Canis, vel hæc canis: in epicœno verò, vnus adhibetur articulus, sub quo vtrumque sexum intelligimus: vt hæc Aquila.

Sed quis in hoc sumendus articulus? Quem authoritas dederit. Nam cùm naturaliter non possimus in epicœnis sexum deprehendere, debemus authoritate firmari.

NVMERVS.

Quid est Numerus? Dictionis forma, qua discretio qualitatis fit.

Numeri nominum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, qui vnum duntaxat significat: vt sapiens. Pluralis, qui plura si-

gnificat? vt ſapientes.

Dualis verò Græcus numerus, vſurpatúrne aliquando à Latinis? Minimè, niſi in duobus nominibus, quæ ſunt Duo & Ambo, atque ideò etiam inæqualiter declinantur.

Quotuplicia ſunt nomina, quæ in ſinguiari obtinent vim pluralis numeri? Duplicia. Quæ? Primò, Collectiua, qualia ſunt Genus, populus, turba, conuentus, concio, plebs, multitudo. Secundò, duo aut plura appellatiua, vel propria, vel primitiua pronomina, & copulatiua coniunctione cõnexa: vt Petrus & Paulus: Grammaticus & Rhetor: Ego & tu.

FIGVRA.

Quid eſt Figura? Simplicis à compoſito diſcretio.

Quot figuræ accidunt nomini? Duæ. Quæ? Simplex & compoſita.

Quid eſt ſimplex? Quæ vnam rem cõtinet, nec poteſt diuidi in duas vel plures partes ſignificatiuas, prioris ſenſus capaces: vt Doctus, prudens.

Compoſita quæ eſt? Quæ ex arte fit, & duas res habe: hoc eſt, poteſt diuidi in duas vel plures partes ſignificatiuas, & prioris ſenſus capaces: vt indoctus, imprudens, reſpublica, ex res & publica.

Quot modis nomina componuntur? Quatuor. Quibus? Primò, ex duobus integris, vt Suburbanus Secũdò, ex duobus corruptis, vt Efficax, municeps. Tertiò, ex integro & corrupto, vt Ineptus, inſulſus Quartò, ex corrupto & integro, vt Omnipotens, nugigerulus. Componuntur etiã ex compluribus, vt Inexpugnabilis, imperterritus.

CASVS

Quid eſt Caſus? Declinationis gradus.

Caſus nominum quot ſunt? Sex. Qui? Nominatiuus, genitiuus, datiuus, accuſatiuus, vocatiuus, & ablatiuus. Per hos enim ſex caſus, omnium generum nomina, pronomina & participia declinantur.

Quid eſt nominatiuus? Qui rem abſolutè veluti eſt, citra vllam circunſtantiam, aut reſpectum ad aliud ſignificat. Et is caſus, Rectus vocatur, cæteri vero Obliqui.

Quid eſt genitiuus? Qui ſignificat rem vt poſſidentis, quíque poteſt in poſſeſſiuã ſubinde verti, & cuius articulus ſiue nota Gallica eſt hæc vox, *Du, ou, des*: vt. Filius heri, herilis filiꝰ, *Le fils du maiſtre.* Enſis Euãdri, Euãdrius enſis, *L'eſpee d'Euander.* Spiritus prophetarum, *L'eſprit des prophetes.* Hic &

Patrius, & gignendi casus dicitur: Priscis etiam interrogandi casus.

Quid est datiuus? Qui id significat, cui damnum, gratificatio, missio, paritatis vel æqualitatis collatio, denique accessio fit: & cui⁹ nota est hæc vox Gallica, *à*, vel *au*, vel *aux*: vt, Sum vtilis, inutillis, similis, vel æqualis tibi, *Ie suis vtile, inutile semblable ou egal à toy*. Hic & Dandi causus appellatur.

Quid est accusatiuus? Qui ferè verborum actiuorum trãsitum & actionem excipit & qui quasdã præpositiones sequitur, quæ construuntur cum accusatiuo: vt amo Deum, Eo in forum. Hic etiam Incusatiuus & Causatiuus dicitur.

Quid est vocatiuus? Qui vocandis appellandísque personis est accommodus. Et frequenter iungi solet aduerbiis vocandi: vt, Heu Petre, O Antoni. Et semper absolutè sine vllo verbo cònsistit quasi cùm aduertentiam effecerit, officio defunctus sit. Dicitur & Saluatorius.

Quid est ablatiuus? Qui significat tẽpus, pretium, vel instrumẽtum, & Gallicè has habet notas, *à, au, du, de, pour, auecques, par*: vt, Expectaui te tribus horis, Emi asse librũ, Percussit me pugno. Hic Latin⁹, & Sextus, & Cõparatiuus dicitur.

DECLINATIO.

Quid est Declinatio? Dictionis per casus in fine variatio.

Quot sunt declinationes nominum? Quinque. Prima, secùnda, tertia, quarta quinta,

Prima, cuius genitiuus & datiuus singulares desinunt in æ diphthongum: vt Poëta, poëtæ, poëtæ.

Secunda cuius genitiuus singularis desinit in i, & datiuus in o: vt Magister, magistri, magistro.

Tertia, cuius genitiuus singularis desinit in is, & datiuus in i: vt Pater, patris, patri.

Quarta, cuius genitiuus desinit in us, & datiuus in ui: vt Sensus, sensus, sensui.

Quinta, cuius genitiuus & datiuus singulares desinunt in ei: vt Res, rei, rei.

DE PRONOMINE.

PRonomẽ quid est? Pars orationis, quæ inflexa casibus, significat rem sine vlla quidem certi temporis, sed nunquam sine definitæ personæ differentia.

Vñde dicitur pronomẽ? A pro, & nomẽ: quia pro nomine ponitur, ne in demõstrãda aut repetenda re, vbi nominis repetitio ingrata esset futura, eiusdẽ iteratio fastidiũ pareret.

Quot sunt pronomina indubitata?Sexdecim. Quæ? Ego, tu,sui,ille,ipse,iste,hic,is,quis,meus,tuus,suus,noster,vester,nostrâs,& vestrâs.

PRONOMINIS ACCIDENTIA.

Pronomini quot accidunt-Nouem,Quæ?Qualitas,significatio,species,genus,numerus, figura,persona, casus, cum declinatione.

QVALITAS.

Qualitas pronominum quotuplex est?Duplex. Quomodo?Aut enim pronomina sunt finita aut indefinita.

Quæ sunt finita? Quæ substantiam certam atque finitam demonstrant,aut referunt,id est, quæ personas recipiunt: vt Ego,tu,ille.

Quæ sunt ind efinita ? Quæ de re incerta & indefinita dicuntur,id est, quæ non semper certas personas recipiunt:vt Quis,quæ,quod.

SIGNIFICATIO.

Significationes pronominum quot sunt?Quatuor. Quæ? Demonstratiua,Relatiua,Possessiua, & Gẽtilis siue Patria.

Quid est demonstratiua significatio? Quæ aliquid veluti indicatum significat:vt sunt hæc octo pronomina, Ego, tu, hic,iste,ille,is,ipse,& vnum in obliquis,Sui.

Quid est relatiua? Quæ aliquid ex præcedenti oratione repetit:vt,Cicero legitur,& est præcipuè audiendus. Sunt autem tria, Is,ipse, & qui. Ille aliâs demonstratiuum est, aliàs relatiuum.

Quid est possessiua? Quæ aliquid ceu possidentis significat:& sunt quinque,Meus,tuus,suus,noster,& vester.

Quid est patria seu gentilis? Quæ non solùm nationem vel patriam,sed etiam partes , sectamve significat: vt Nostrâs & vestrâs.

SPECIES.

Quot sunt species pronominum? Due perinde ac nominum.Quæ?Primitiua,quę nõ aliundè deriuatur: cuius sunt octo pronomina,Ego,tu,sui,ille,ipse,iste,hic,is,&quis.Deriuatiua,quę aliundè deriuantur:cuius sunt septem pronomina,Meus,tuus,suus,noster,& vester,nostràs , & vestrâs.

GENVS.

Genera pronominum quot sunt?Quatuor. Quę?Masculinum,vt quis:Fœmininum,vt quæ:Neutrum,vt quod.Triũ generum,vt ego,tu,sui.

Quid eſt maſculinum: Quod demonſtrat aut refert mares aut quod ſolet in publico Latini ſermonis vſu, dictionibus maſculinis iungi: vt Ille puer.

Quid eſt fœmininũ? Quod fœminas refert aut demonſtrat, aut quod in ſermone Latino, cum fœmininis dictionibus ſolet iungi: vt Illa puella.

Quid eſt neutrũ? Quod refert aut demonſtrat rẽ neutrã: hoc eſt, neque maſculinã, neque fœmininam: nec ſolet iungi cũ dictionibus maſculins aut fœmininis: vt illud tẽplũ.

Quid eſt genus trium generũ? Quod dictionibus maſculinis, fœmininis, & neutris applicari poteſt: vt Ego puer, ego puella, ego animal.

NVMERVS.

Quot numeri accidunt pronomini? Duo ſimiliter ac nomini Qui? Singularis, qui ſingulariter profertur: vt Ego, Pluralis, qui pluraliter: vt Nos.

FIGVRA.

Quotuplex eſt figura in pronominibus? Duplex. Quomodo? Aut enim ſimplicia ſunt pronomina, vt quis: aut cõpoſita, vt quiſquis, quiſnam, aliquis, &c.

Quot modis pronomina componuntur? Tribus. Quibus? Primùm, inter ſe: vt Iſtic. Secundò, cum aduerbiis: vt Eccũ, eccam, ellum, ellam: pro ecce eum, ecce eam, ecce illum, ecce illam. Idem, ab is, & demum. Tertiò, cum ſyllabicis adiectionibus Met, te, ce, & pte: vt Egomet, tute, huiuſce, meapte, tuapte, ſuapte.

PERSONA.

Quot ſunt perſonæ in pronomine? Tres. Quæ? Prima, quę ſignificat rem vt loquentem, vt Ego: cuius voces Gallicæ ſunt, *Ie, moy, me, nous*,

Secunda, quæ ſignificat rem compellatam, ſiue ad quam fit ſermo, vt Tu: cuius voces Gallicæ ſunt, *Tu, toy, te, & vous.*

Atque ideò omnis vocatiuus caſus eſt ſecundæ perſonæ: vt Petre, Laurenti.

Tertia, quæ ſignificat rẽ de qua fit ſermo: vt Ille. Ideò ſub hac perſona cõtinẽtur omnia nomina, participia, & pronomina, præter duo primitiua, Ego, & Tu, & vocatiuos caſus

CASVS.

Caſus pronominum quot ſunt? Sex, quemadmodũ & nominũ. Nominatiuus, vt hic: Genitiuus, vt huius: Datiuus, vt huic: Accuſatiuus, vt hũc: Ablatiuus, vt ab hoc. Caret enim

vocatiuo ſicut reliqua pronomina, præter tria, Tu, meus, & noſter. Dicimus enim mi Virgili, mea Glycerium, noſter Chreme.

DECLINATIO.

Quot ſunt declinationes pronominum? Quatuor. Quæ? Prima, ſecunda, tertia, quarta.

Prima cuius genitiuus ſingularis deſinit in i: vt, Ego, mei, mihi. Ad hanc tria ſpectant pronomina, Ego, tu, ſui.

Secunda, cuius genitiuus ſingularis deſinit in ius ſyllabã, aut in iũs diuiſas ſyllabas: vt Hic, huius ille, illius. Ad hanc ſex attinent pronomina, Ille, ipſe, iſte, hic, is, & quis, cum, quidam.

Sunt item octo nomina quæ per hãc inflectuntur, Vnus, vllus, ſolus, alter, alius, totus, quis, vter, cum ſuis cõpoſitis.

Tertia, cuius genitiuus ſingularis deſinit in i, æ, i: vt Meus, mea, meum, mei, meæ, mei. Ad hanc quinque pertinent pronomina, Meus, tuus ſuus, noſter, & veſter.

Quartus, cuius genitiuus ſingularis deſinit in atis: vt Noſtras, noſtratis. Ad hanc duo tantùm ſpectant pronomina, Noſtras, & veſtras.

DE VERBO.

VErbum quid eſt? Pars orationis, quæ modis & temporibus inflexa, aut eſſe, aut agere, aut pati ſignificat, cum certi temporis differentia: vt, Sum, eram: Amo, amabam: Amor, amabar.

Vnde dicitur verbum? A verbero, quòd aërem verberet quum profertur.

Quotuplex eſt verbũ? Duplex. Perſonale, & imperſonale.

Quid eſt verbum perſonale? Cui certæ perſonę nominatiuus præponitur: vt, Ego ſcribo, Tu legis, Antoninus Imperator occidit Papinianum, nolentem excuſare parricidium.

Quid eſt imperſonale? Quod perſonam certam nominatiuo caſu in indicatiuo non recipit, ſed mutatur nominatiuus perſonæ in obliquos: vt quod Gallicè perſonaliter dicimus, *I'apprens Virgile par cœur*, Latinè imperſonaliter effertur, Oportet me diſcere Virgilium. Vel ipſum verbum prorſus ſine caſu præcedente effertur: vt Statur, luditur, itur.

Quotuplex eſt verbum imperſonale? Duplex. Actiuæ vocis, & paſſiuæ vocis.

Quid eſt imperſonale actiuæ vocis? Quod deſinit in t, & dicitur Gallicè per *il*: vt Oportet, *Il fault*.

Quid eſt imperſonale paſſiuæ vocis? Quod deſinit in tur, & dicitur Gallicè per *on*: vt Amatur, *On aime*.

ACCIDENTIA VERBI.

Verbo quot accidunt? Octo. Quæ? Genus, species, tempus, modus, figura persona, numerus, & coniugatio.

GENVS.

Quid est genus in verbo? Verbi significatio, qua vtique dignoscimus, actióne sit in verbo, an passio.

Genera verborum quot sunt? Quinque. Quæ? Actiuum, Passiuum, Neutrum, Commune, & Deponens.

Actiuum quid est? Quod in o desinit, & potest ferè verti in passiuum sensu non mutato: vt Amo te: Tu amaris à me.

Passiuum quid est? Quod finitum in or, potest mutari in actiuum, sensu non mutato: vt, Tu amaris à me: Ego amo te.

Neutrum quid est? Quod finitum in o, non potest Latinè verti instar actiui: vt, Eo. Palleo.

Commune quid est? Quod desinit in or, & actiuorum & passiuorum significationem complectitur: vt, Osculor te, & osculor à te.

Deponens quid est? Quod in or finitum, habet significationem aut actiui, vt Sequor: aut neutri, vt Glorior.

SPECIES SEV FORMA.

Quid est species seu forma in verbo? Verbi qualitas, qua deriuatiuum à perfecto verbo cognoscitur.

Quotuplex est hæc qualitas? Duplex. Primitiua seu perfecta, quæ a nullo deriuatur: vt, Lego, dico. Deriuatiua, quę aliundè deducitur vt Lecturio, dictito.

Deriuatiua species quotuplex est? Quadruplex. Inchoatiua, Frequentatiua, Meditatiua & Diminutiua.

Quid est inchoatiua forma? Quæ aliquid nos initiare ostendit: vt Calesco, quod significat calere incipio.

Quid est frequentatiua Quæ nos sæpe agere aliquid ostédit: vt Lectito, quod sæpe lego significat.

Quid est meditatiua? Quæ nos non adhuc aliquid agere, sed velle agere ostendit: vt Lecturio, quod non lego, sed legere volo significat.

Quid est diminutiua? Quę diminutionem primitiui significat, sempérque in lo desinit: vt à Sorbeo, fit sorbillo: à canto, cantillo: a sugo, sugillo.

TEMPVS.

Tempora verborum quot sunt? Quinque. Quæ? Præsens, Præteritum imperfectum, Præteritum perfectum, Præteritum plus quàm Perfectum, & Futurum.

Quid est tempus præsens? Quod actionem quæ nunc agitur significat: vt Amo, *I'aime.*

Quid est præteritum imperfectum? Quod actionem præteritam, non tamen absolutam significat: vt Amabam, *I'aimois.*

Quid est præteritum perfectum? Quod actionem præteritam & absolutam significat: vt Amaui, *I'ay aimé.*

Quid est præteritum plusquã perfectũ? Quod rem perfectã significat, sed respectu preteriti: vt Amauerã, *I'auois aimé.*

Quid est futurum? Quod rem in futurum gerendam significat: vt Amabo, *I'aimeray.*

MODVS.

Quid est modus? Animi diuersa voluntas vel affectio per vocem significata.

Modi verborum quot sunt? Quinque. Qui? Indicatiuus, Imperatiuus Optatiuus, Subiunctiuus, & Infinitiuus.

Quid est indicatiuus modus? Qui rem vt indicatam narratámve significat: vt Amo, *I'aime.* Interdum vt interrogatam: vt Amo ego? *Dis tu que i'aime?*

Quid est imperatiuus? Qui rem vt imperatam iussámve significat: vt Ama, *Aime.*

Quid est optatiuus? Qui rem significat vt optatam: & nõnunquam cum aduerbio optandi, interdum sine eo ponitur: vt Vtinam amer, *Dieu vueille que ie sois aimé.*

Quid est subiunctiuus? Qui indicatiuo quidem significatione similis est, sed nunquam eo vtimur, nisi post aliud verbum aut expressum, aut subauditum: vt Rogo vt facias.

Quid est infinitiuus? Qui significat esse, agere aut pati, sine numero aut persona: vt, Existere, Amare, Amari.

FIGVRA.

Figuræ verborum quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex, vt Lego Composita, vt Intelligo, negligo.

Quot modis verba componuntur? Quinque, quemadmodum & nomina Quibus? Primò, ex duobus integris vt, Adamo, obduco. Secundò, ex duobus corruptis: vt, Afficio, officio. Tertiò, ex integro & corrupto: vt Incipio, defringo. Quartò, ex corrupto & integro: vt, Alludo, alligo. Quintò, ex compluribus: vt, Adobruo, perterrefacio.

PERSONA.

Quot personæ verbo accidunt? Tres. Prima secunda, tertia. Prima, quæ dicit: vt Lego. Secunda, cui dicitur: vt Legis. Tertia, de qua dicitur: vt Legit.

NVMERVS.

Numeri verborum quot ſunt? Duo. Qui? Singularis, qui ſingulariter profertur: vt Lego. Pluralis, qui pluraliter: vt Legimus.

CONIVGATIO.

Quid eſt coniugatio? Verbi declinatio.

Quot ſunt coniugationes in verbo? Quatuor. Quæ? Prima, ſecunda, tertia, quarta.

Prima quæ eſt? Quæ in indicatiuo modo tempore præſenti, numero ſingulari, ſecunda perſona verbi actiui & neutralis, a productam habet ante nouiſſimam literam, s: vt, Amo, amas: Sto, ſtas. In Paſſiuo autem, Communi, & Deponenti, ante nouiſſimam ſyllabam ris: vt Amor, amaris: Hortor, hortaris: Luctor, luctaris. Et futurum tempus eiuſdem modi, in bo, & in bor ſyllabam mittit: vt Amo, amabo: amor, amabor. Hortor, hortabor: Luctor, luctabor.

Secunda quæ eſt: Quæ in indicatiuo modo, tempore præſenti, numero ſingulari, ſecunda perſona verbi actiui & neutralis, e productam habet ante nouiſſimam literam, s: vt Doceo, doces: Sedeo, ſedes. In Paſſiuo autem, Communi, & Deponenti, ante nouiſſimam ſyllabam ris: vt Doceor, docèris: Miſereor, miſerèris. Et futurum tempus eiuſdem modi in bo, & in bor ſyllabam mittit: vt Doceo, docebo: doceor, docebor: miſereor, miſerebor.

Tertia quæ eſt? Quæ in indicatiuo modo, tempore præſenti, numero ſingulari, ſecunda perſona verbi actiui & neutralis, i correptam habet ante nouiſſimam literam s: vt Lego, legis: Curro, curris. In Paſſiuo autem, Communi, & Deponenti, ante nouiſſimam ſyllabam ris, e correptam habet: vt Legor, legeris: Loquor, loqueris. Et futurum tempus eiuſdem modi in am & in ar ſyllabam mittit: vt Lego, legam: Legor, legar: Loquor, loquar.

Quarta quæ eſt? Quæ in indicatiuo modo, tẽpore præſenti, numero ſingulari, ſecũda perſona verbi actiui & neutralis, i productam habet ante nouiſſimam literam s. vt Audio, audis: Eſurio, eſuris. In Paſſiuo autem, Communi, & Deponẽti, ante nouiſſimã ſyllabã ris: vt Audior, audiris: Largior, largiris: Orior, oriris. Et futurum tempus, eiuſdem modi, in am & in ar ſyllabam mittit: vt Audio, audiã: Audior, audiar: Largior, largiar: Orior, oriar. Quandoque quarta cõiugatio futurum tempus, non in am & in ar tantùm, ſed etiam in bo

interdum ſyllabã mittit: vt Eo,is,ibo, vel eam: Queo, quis, quibo, vel queam.

DE PARTICIPIO.

PArticipium quid eſt? Pars orationis, quæ partem capit à nomine, partem à verbo, partem ab vtroque. Capit enim à nomine genera & caſus: à verbo ſignificationẽ & tempus: ab vtroque, numerum & perſonam.

Vnde dicitur participium? A verbo Participo, participas, vel à partem capiendo quia accidentia nominum & verborum participat, ſiue partem eorum capit.

PARTICIPII ACCIDENTIA.

Participio quot accidunt? Septem Quæ? Genus, numerus, figura, caſus, tempus, ſignificatio, cum declinatione.

GENVS.

Genera participiorum quot ſunt? Quatuor. Quæ? Maſculinum: vt Amatus, doctus, lectus, auditus. Fœmininum: vt Amata, docta, lecta, audita, Neutrum: vt Amatum, doctum, lectum, auditum. Trium generum; vt hic & hæc & hoc Amans, docens, legens, audiens.

NVMERVS.

Numeri participiorum quot ſunt? Duo perinde ac nominum: Singularis, vt legens. Pluralis, vt legentes.

FIGVRA.

Figuræ participiorum quot ſunt? Duæ. Quæ? Simplex, vt ſcribens, amans. Compoſita, vt deſcribens, adamans.

CASVS.

Caſus participiorum quot ſunt? Sex quemadmodum & nominum. Nominatiuus, vt hic & hæc & hoc legens. Genitiuus, vt huius legẽtis, Datiuus, vt huic legẽti. Accuſatiuus, vt hunc & hanc legentẽ, & hoc legẽs. Vocatiuus, vt ô legẽs. Ablatiuus, vt ab hoc, & ab hac, & ab hoc legẽte vel legẽti.

TEMPVS.

Tempora participiorũ quot ſunt? Tria Quæ? Præſens, vt legẽs. Præteritum, vt lectus. Futurum. vt lecturus, legẽdus.

Vnde formantur participia præſentis temporis? A prima perſona præteriti imperfecti, vltima ſyllaba in ns, cõuerſa: vt Amo, amabam bam in ns fit amans.

Vnde formãtur ea quæ ſunt præteriti tẽporis? Ab vltimo ſupino, addita s litera: vt, Amatus, ab amatu: Doctus, à doctu: Lectus, à lectu: Auditus, ab auditu.

Vnde formantur ea quæ ſunt futuri temporis? Quæ in rus

exeunt, fiũt ab vltimo supino, addita syllaba rus: vt Lectu, lecturus: Auditu, auditurus. Illa autem quæ in dus, fiunt à participio præsenti, vltima consonante in dus mutata: vt à Legens, fit legeddus: ab Amans, amandus.

SIGNIFICATIO.

Significationes participiorum quot sunt? Quinque. Quæ? Actiua, Passiua, Neutra, Communis, & Deponens.

Vnde illæ sumuntur? A generibus verborum. Nam quemadmodum sunt quinque verborũ genera, ita & participiorum. Imitatur enim Participiũ sui thematis significationẽ. Nam quæ ab actiuis cadunt actiué significãt: vt Leges, docens. Passiuè, quę à passiuis: vt Lectus, auditus. Absolutè seu neutraliter, quæ ab absolutis: vt Sedens, vigilans, dormiẽs.

Quotuplicia fiunt participia ab actiua voce? Duplicia. Præsens in ns, vt Amans, docẽs, legens, audiens. Et futurum in rus, vt Amaturus, docturus, lecturus, auditurus.

A passiua voce quotuplicia trahuntur? Duplicia Præteritum, vt Amatus, doctus, lectus, auditus: Et futurum in dus, vt Amandus, docendus, legendus audiendus.

A neutrali voce quotuplicia cadunt? Duplicia, sicut & ab actiua. Præsens, vt Errans, Cadens. Et futurum in rus, vt Erraturus, Casurus.

A cõmuni voce quotuplicia fiũt? Quadruplicia Præsens, vt Criminans. Præteritũ, vt Criminatus. Futurũ actiuum, vt Criminaturus. Et futurum passiuum, vt Criminandus.

A deponenti voce quotuplicia nascũtur? Triplicia. Præsens, vt Loquens. Præteritum, vt Locutus: Et futurũ in rus, vt Locuturus.

Acceditne deponenti & futurum in dus? Maximè, quando videlicet verbũ ipsum à quo fit, passiuè vsurpatur: vt Tuendus, hortandus, sequendus.

Quot tempora participiorum sunt actiuæ significationis? Tria. Præsens in ns, vt Amans. Futurum in rus, vt Amaturus. Et in deponẽtibus actiuis præteritum in tus, vel in sus: vt Locutus, orsus.

Quot tempora participiorum sunt passiuæ significationis? Tria itidem. Præsens & futurum vna voce in dus: vt Amandus. Et prępteritum in tus, vel in sus, vel xus: vt Amatus, læsus, flexus.

Quot tẽpora participiorum sunt neutralis significationis? Tria etiam. Præsens, vt sedens, Futurum, vt Sessurus: Et in neutris

neutris deponentibus etiam præteritũ: vt profectus: Itémque in Neutropassiuis, quæ veteres Transgressiua vocaũt: vt Ausus, gauisus, fisus, solitus, cœnatus & pertæsus.

DECLINATIO.

Declinationes participiorũ quot sunt? Tres. Nam omnia participia in ans, & in ens, sunt tertiæ declinationis nominis: omnia in us, & in um, secũdæ & fœminina in a, primæ.

DE ADVERBIO.

ADuerbium quid est? Pars orationis indeclinabilis, quæ adiecta verbo, eius significationem determinat, id est, aut complet, aut mutat, aut minuit: vt, Iam faciam, bene faciam, malè facies.

Vnde dicitur aduerbium? A præpositione Ad, id est, iuxta, & nomine Verbum: eo quòd necesse habeat semper verbũ sequi, vt declaret eius significationem.

ACCIDENTIA ADVERBII.

Aduerbio quot accidunt? Quatuor. Species, significatio, figura, & comparatio.

SPECIES.

Species aduerbiorũ quot sunt? Duæ. Quæ? Primitiua, quæ nõ aliũde nata est: vt Heri, cras, pax, idem, quod tãtùm. Deriuata, quæ aliũde cadit: vt Vesperi, quod à nominis datiuo est. Furtim, quod à verbo furor. Strictim, à stringo. Homericè, ab Homero. Humanitus & humaniter, ab humano.

SIGNIFICATIO.

Significationes aduerbiorum quot sunt? Viginti quatuor: vt in tanta circunstantiarum varietate temporis, loci, quantitatis, & cæterarum.

Da temporis: vt quando, quandiu, quãdudum, quampridem, quousque, quoties. Et quæ his redduntur: vt ad Quando correspondẽt Heri, hodie, cras, pridie, postridie, perendie, nudiustertius, nudiusquartus, diu, noctu, interdiu, nũc, iam, nuper, aliquãdo, aliàs, olim, pridem, dudum, tum pro tunc, interim, interea, serò, tẽpori, serius, tẽporius, pri⁹, posterius, statim, continuò, protinus, illico, antehac, posthac, commodùm, primùm, cumprimùm, quamprimùm, vtprimùm, e vestigiò, extemplò, actutum, repentè, derepẽtè, subitò, ocyus. Ad Quandiu: vt Tãtisper, paulisper, aliquãtisper, parumper, semper, vsque pro assiduè, extremum, ætatem, diu, iãdudum, iampridẽ, iam olim. Ad Quoties: vt Sæpe, rarò, subinde, identidem, plerumque, quotidie, quotãnis, indies, nunquam, to-

ties. Ad Quousque: vt Adhuc, etiam pro adhuc, hactenus, inhoram, indiem. Item inhoras, indies: quæ per singulos dies, & per singulas horas significant.

Da loci: vt Vbi, vnde, quò, quà, quorsum: & quæ ad ea redduntur. Vt ad Vbi correspõdent, Hic, isthic, illic, ibi, intus, foris, vbique, vtrobique, passim, vsquam, nusquam, neutiquam. Item, supra, infra, subtus, extra, intra, cũ in aduerbia migrãt. Ad vnde correspõdent, Hinc, abhinc, pro ab hoc loco, isthinc, illinc, inde, eminus, cominus, alicũde, vndevnde, vndequaque, vndecunque, indidem, supernè infernè.

Ad Quò. Huc, isthuc, illuc, eò, illò, aliquò, quoquò, quocũque, intrò, foras, vsque: quod absolutionem spatij tum in loco tũ in tempore significat: vt Vsque ad Lutetiam, vsque ad noctem. Ad Quà, Hac, isthàc, illàc, quaqua, quacunque. Ad Quò & Vnde simul, vltro, citro.

Ad Quorsum, Horsum, isthorsum, illorsum, prorsum, rursum, quoquouersus, quaquauersus, pessum, sursum, deorsũ.

Da quantitatis: vt Parum, minimè, maximè, ad summum, summùm, longissimè, omninò, plurimùm, satis, tãtùm, quãtùm, aliquantùm.

Da numeri: vt Semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, & sic deinceps, millies, pluries, infinities. Si modò legatur apud idoneos veterum.

Da ordinis: vt Inde, deinde, dehinc, deinceps, nouissimè, postremò, imprimis, primùm, iamprimùm, inuicem, & vicissim pro secundo loco, denique, demum, tandem, ad summum, in summa.

Da qualitatis: vt Doctè, pulchrè, scitè, appositè, benè, malè, fortiter, sapienter, amanter, suauiter.

Da interrogandi: vt Cur, quare, quamobrem, quapropter, quid ita, quin pro cur non, quinõ pro cur nõ, quomodo, ecquid pro aliquantulúmne, & quò pro ad quem vsum, vel quam vtilitatem.

Da dubitandi: vt Forsan, forsitan, fortassis vel fortasse, fors & forsit.

Da separandi: vt Seorsum, priuatim, segregatim, egregiè, speciatim, nominatim.

Da congregandi: vt Simul, vnà, pariter, vniuersum, coniunctim.

Da vocandi: vt O, heus.

Da negandi: vt Haud, nequaquam, non, & ne pro non.

Sæpius tamen prohibitum est Ne.

Da affirmatiuè respondendi: vt Etiam, certè, næ, sic, ita, quid ni.

Da confirmandi: vt Profectó, certè, sanè, planè, prorsus, ideò, nempè, vtique, nimirum, scilicet.

Da iurandi: vt Hercle, mehercule, pol, ædepol, castor, ecastor, medius fidius.

Da eligendi: vt Potius, potissimum, imò, & satius.

Da hortandi: vt Eia, age, agite, agedum, ehodum, sodes, sultis, amabo, amabo te.

Da optandi: vt Vtinam, osi, sisi, vt, ô.

Da demonstrandi: vt En, ecce.

Da comparandi: vt Magis, minus, maximè, minimè, minimùm.

Da similitudinis: vt Quasi, ceu, tanquam, vt, vti, velut, veluti, sic, sicut, sicuti, ita, itidem.

Da euentus: vt Fortè, fortuitò, casu, forte fortuna.

Da intendēdi: vt Valde, perquàm, longè, prorsus, penitus, omninò, magnoperè, impensè, impendiò, apprimè, admodū pro valde, & imprimis pro valde.

Da remittendi: vt Sensim, paulatim, pedetētim, vix, ægrè, penè, ferè, temerè, propè, propemodum, tantum non, & modo non.

FIGVRA.

Figuræ aduerbiorum quot sunt? Tres. Quæ? Simplex, vt Diu. Composita, vt Interdiu. Decomposita, vt Imprudenter.

COMPARATIO.

Gradus comparationis aduerbiorum quot sunt? Tres, quē admodum & nominum. Positiuus, vt doctè, fortiter, parum. Comparatiuus, vt doctius, fortius, minus. Superlatiuus, vt doctissimè, fortissimè, minimè. Nam aduerbia orta à nominibus adiectiuis, imitantur nominum comparationem, casúsque comparatiui & superlatiui recipiunt. Sic & quædam alia, non nata à nominibus: vt Sæpè, sæpius, sæpissime. Secus, secius, absque superlatiuo. Nuper, nuperrimè, absque comparatiuo.

DE PRAEPOSITIONE.

QVid est Præpositio? Pars orationis indeclinabilis, quæ alijs partibus orationis præposita, siue per appositionem, siue per cōpositionem, significationem earum aut mutat, aut complet, aut minuit. Cōplet, vt intercipio, demiror.

Mutat, vt aufero, indoctus. Minuit, vt subticeo, subtristis.

Vnde dicitur præpositio? A præponendo, quia præponitur cæteris partibus in oratione. Quomodo? Nam aut nomini præponitur, vt inualidus: aut pronomini præponitur, vt per me: vel supponitur, vt mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum: aut verbum præcedit, vt prætero: aut aduerbium, vt expressè: aut participium, vt præcedens: aut coniunctionem, vt absque: aut semetipsum, vt circumcirca.

Quid est præpositionem aliis partibus orationis præponi per compositionem? Est præpositionem cum aliis partibus orationis componi: vt adduco, pertingo.

Potéstne omnis præpositio nunc apponi casui suo, nunc adhærere composito? Minimè verò, sed quædam hoc possunt: vt ad, per, præter. Quædam semper habent casum suũ, nec vllo modo componi possunt: vt apud & penes Quædam semper sunt in compositione, & nusquam in appositione: vt sunt hæ, di, dis, re, se, am, con: vt diduco, distraho, recipio, semoueo, ambio, congredior.

ACCIDENTIA PRAEPOSITIONIS.

Præpositioni quot accidũt? Vnum. Quod? Casus tantùm. Quot casus? Duo Accusatiuus & ablatiuus.

Quot præpositiones deseruiũt accusatiuo casui? Triginta & versus Enumera. Ad, apud, ante, aduersum vel aduersus, cis, citra, circum, circa, circiter, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, propter, post, præter, penes, secundum, secus, supra, trans, vltra, vsque, & versus.

Dicimus enim, Ad patrem, apud villam, ante ædes, aduersus inimicos, cis Rhenum, citra forum, circum vicinos, circa templum, contra hostem, erga propinquos, extra terminos, inter naues, intra mœnia, infra tectum, iuxta macellum, ob augurium, pone tribunal, per parietem, prope fenestram, propter disciplinam, secundum f[illegible]res, post tergum, trans ripam, vltra fines, præter officium, supra cœlum, circiter annos, vsque Oceanum, secus viam, penes arbitros.

Quot sunt quæ ablatiuo deseruiunt? Sexdecim. Quæ? A, ab, abs, absque, cum, coram, clam, de, è, ex, pro, præ, palam, procul, sine, tenus.

Dicimus enim, A domo, ab homine, abs quolibet, absque iniuria, cum exercitu, corã testibus, cla custodibus, de foro, è iure, ex præfectura, pro clientibus, præ timore, palam omnibus, procul vrbe, sine labore, tenus pube, quod nos dici

mus pube tenus.

Quot sunt ambiguæ, siue vtriusque casus, Quatuor. Quę? In, sub, super, & subter: sed ferè diuersa significatione.

Quando accusatiuum casum recipiunt? Dum motum ad locum significamus, id est, quando nos vel quoslibet ad locum ire, isse, vel ituros esse significamus: vt Itur in antiquã syluam. Postésque sub ipsos nituntur gradibus.

Quando ablatiuo casui seruiunt? Dum quietem, aut in loco motum significamus: id est, quando nos vel quoslibet in loco esse, vel fuisse, vel futuros esse significamus: vt, Stans celsa in puppi. Et, Arma sub aduersa posuit radiátia quercu.

Super, quam vim habet? Cùm accusatiuo casui naturaliter præponatur, ídque cùm locum significat, ablatiuo tamen plerumque iungitur, sicut & subter: vt, Gemina super arbore sidunt. Et, Ferre iuuat subter densa testudine casus. Extra quam formam, cùm Super præpositio, de significat, hoc est, mentionem de aliquo fieri, ablatiui casus est tantùm: vt, Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa: hoc est, de Priamo & de Hectore.

In, quam vim habet? Etiam tunc solùm accusatiuo casui seruit, quum significat contra vel erga: vt, In adulterum, & in desertorem durus, pius in patrem.

Quot sunt præpositiones inseparabiles, id est, quæ in oratione non locãtur extra compositionem? Septem Quæ? Di, dis, re, se, am, co, con. Quomodo? Dicimus enim, Diminuo, distraho, recipio, secubo, amplector, cohæreo, congredior.

DE CONIVNCTIONE.

CONiunctio quid est? Pars orationis indeclinabilis, quæ connectit & ordinat orationis partes & clausulas.

Vnde dicitur coniunctio? A coniungendo, eò quòd coniungat elocutionem. Nam si quis dicat, Ego tu eamus, dissidet elocutio. Si interponas Et, & dicas, Ego & tu eamus, incipit cohærere.

ACCIDENTIA CONIVNCTIONIS.

Coniunctioni quot accidunt? Tria. Quæ? Figura, potestas, & ordo.

FIGVRA.

Quot sunt figuræ coniunctionum? Duæ. Simplex, vt nam Composita, vt namque.

POTESTAS.

Potestas coniũctionis quot species habet? Septem. Quas?

Copulatiuam, Discretiuam, Aduersatiuam, Causalem, Ratiocinatiuam, Ordinatiuam, & Complectiuam.

Quid est Copulatiua? Quæ copulat tam verba, quàm sensum: vt Et, que, atque, ac quoque, etiam, præterea, alioqui, item, itémque, cum & tum: sed vbi sequitur tum: nam vbi præcedit, aduerbia sunt temporis.

Quid est Discretiua? Qua ea quæ discreta intelligi volumus, connectimus: vt Sed, sedenim, at, ast, atqui, quidem, autem, verò, porrò, quin pro sed, cæterùm, verùm, verumenim, verumenimverò.

Quid est Aduersatiua? Qua non obstare, nec impedimento esse quod dicimus, significamus: vt Etsi, quam, quamuis, licet, tametsi. Et redditiuæ earumdem, quæ sunt, Tamen, attamen, sed tamen, veruntámen, saltem.

Quid est Causalis, seu rationis redditiua potestas? Qua quod subiicitur, rationem esse eius quod præcessit, significamus: vt Nam, namque, enim, etenim, quòd pro quia, proptcrea quòd, quippè, vtpotè, siquidem, vt pro vtpotè.

Quid est Ratiocinatiua? Qua conclusionem rationi propositæ accommodamus: vt Ergò, ideò, igitur, idcircò, quapropter, proinde, quamobrem, itaque, quare, quocirca, propterea, ea de re. Et quòd, pro ꝓpter quod vel quare: vt apud Terentium, Quod te per hanc dexteram oro. Hanc coniunctionis potestatem, alij Collectiuam vel Illatiuam vocant.

Quid est Complectiua? Quæ orationi addita vel detracta, nihilo plus, aut min⁹ efficit, sed ornatus gratia eidē infertur orationi: vt Quidem, equidem, sedenim, etenim, enimuerò, autem.

ORDO.

Quot sunt ordines coniunctionum? Tres. Qui? Præpositiuus, Subiunctiuus, & Communis.

Quid est ordo Præpositiuus coniunctionum? Coniunctio, quæ dictioni vel orationi quam copulat tantùm præponitur: vt sunt hæ sexdecim, Et, at, ac, ast, aut, vel, nec, neque, quando, quatenus, sin, seu, siue, néue, nisi, sed.

Quid est ordo coniunctionum Subiunctiuus? Coniunctio, quæ dictioni vel orationi, quam coniungit, tantùm postponitur: vt sunt hæ octo, Que, ve, ne, quoque, autem, quidem, verò, enim.

Quid est ordo coniunctionum Communis? Coniunctio, quæ indifferenter præponi & postponi potest: vt sunt reliquæ omnes.

DE INTERIECTIONE.

INteriectio quid est: Pars orationis indeclinabilis, quę sub rudi, inconditáque voce, affectū animi demonstrat: vtpotè dolorem, metum, indignationem, vel admirationem.

Vnde dicitur Interiectio? Ab interiicior, id est, interponor: quia aliis partibus orationis interiicitur, seriē orationis abrumpens: quæ tum interiectio dicitur, quando voce incondita profertur.

ACCIDENTIA INTERIECTIONIS.

Interiectioni quot accidunt? Vnum. Quod: Significatio tantùm.

SIGNIFICATIO.

Significationes interiectionum quot sunt: Penè innumeræ: vt Dolentis, metuentis, optantis, lætantis, &c.

Da lætantis: vt Euax, vah, ò. Plautus, Euax, iurgio vxoré tandem abegi. Terentius, Vah ergo mea Antiphila. Idem, O factum bene.

Da dolentis: vt Heu, hoi, hei, ò, ah. Virgilius, Heu quæ me, inquit, tellus, quæ me æquora possunt accipere? Idem, Hei mihi qualis erat, quantùm mutatus ab illo Hectore. Terentius, I intrò, hoi, hei. Virgilius, O dolor atque decus magnum. Idem, Ah silice in nuda connixa reliquit.

Da timentis: vt Hei, atat. Terentius, Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.

Da admirantis: vt Papæ. Terētius, Papæ, noua figura oris.

Da vitantis: vt Apage, apagesis. Terētius, Apagesis, egóne formidolosus?

Da laudantis: vt Euge. Martialis, Effecte gnauiter citò, nequiter euge beate.

Da vocantis sub incondita voce: Eho, oh, io. Terentius, Oh, qui vocare? Ouidius, Ecquis (io) syluæ crudelius, inquit, amauit?

Da silentium iniungentis: vt Au, st. Terentius, Au, obsecro mea Pythias. Idem, Au, ne comparandus hic quidem ad illum est.

Da deridentis siue ironiæ: vt Hui. Terentius, Hui tam citò? Idem, Hui tu mihi illam laudas?

Da ex improuiso aliquid deprehendentis: vt Atat. Terentius, Atat, hoc illud est: hinc illæ lachrymæ. Idem, Atat, data herclè mihi sunt verba.

Da ridentis: vt Ha, ha, he. Terētius, Ha, ha, he, defessa iam


misera sum de te ridendo.

Da exclamãtis: vt ò, proh, proh nefas, Lucanus, Proh, si remeasset in vrbem. Terent. Iupiter magne, scelestum atque audacem hominem. Seneca, O paupertas fœlix, quæ tanto titulo locum fecit.

Tot sunt itaque interiectiones, quot sunt animi affect⁹. Et eadem interiectio sæpè est diuersarum significationũ, & aliquando nomina efficiuntur interiectiones: vt Malùm, nefas, infandum.

AD DECLINATIONES QVATTOR PARTIVM ORATIOnis declinabilium paradigmata, Ex Ioanne Pellissone.

PRIMA NOMINIS DECLINATIO.



RIMA declinatio habet quinque terminationes in nominatiuo singulari, a, as, e, es, & am.

A. Singulariter, nominatiuo hic Poêta, genitiuo poétæ, datiuo poétæ, accusatiuo poêtam, vocatiuo ò poêta, ablatiuo à poéta. Et pluraliter, nominatiuo hi Poétæ, genitiuo poetârum, datiuo poétis, accusatiuo poétas, vocatiuo ò poétæ, ablatiuo à poétis.

AS. Singulariter, nominatiuo hic Æneás, genitiuo ænéæ, datiuo ænéæ, accusatiuo ænéam vel ænéan, vocatiuo ò ænéa, ablatiuo ab ænéa. Et pluraliter, nominatiuo hi Aenéæ, genitiuo æneârum, &c.

E. Singulariter, nominatiuo hæc Calliope, genitiuo calliopes, datiuo calliopæ, accusatiuo calliopen, vocatiuo ò calliope, &c. Et pluraliter nominatiuo hæ Calliopæ, genitiuo calliopârum, &c. Vna ex nouem Musis.

ES. Singulariter, nominatiuo hic Anchíses, genitiuo anchísæ, datiuo anchísæ, accusatiuo anchisen, vocatiuo ò anchîse, ablatiuo ab anchise. Et pluraliter, nominatiuo hi Anchisæ, genitiuo anchisarum, &c. Pater Aenéæ.

AM. Singulariter nominatiuo hic Adam, genitiuo adæ, datiuo adæ, accusatiuo adam, vocatiuo ò adam, ablatiuo ab adam.

Et pluraliter, nominatiuo hi Adæ, genitiuo adarum, &c.

SECVNDA.

SEcunda declinatio octo nominatiui desinétias complectitur: Er, ir, ur, um, us, ens, on, & os.

Singulariter nominatiuo hic Aper, genitiuo apri, datiuo apro, accusatiuo aprum, vocatiuo ò aper, ablatiuo ab apro. Et pluraliter, nominatiuo hi Apri, genitiuo aprorum vel aprûm, datiuo apris, accusatiuo apros, vocatiuo ò apri, ablatiuo ab apris. *Sanglier.* ER.

Singulariter, nominatiuo hic Vir, genitiuo viri, datiuo viro, accusatiuo virum, vocatiuo ò vir, ablatiuo à viro. Et pluraliter, nominatiuo hi Viri, genitiuo virorum vel virû, datiuo viris, accusatiuo viros, vocatiuo ò viri, ablatiuo à viris. IR.

Singulariter, nominatiuo Satur sátura sáturum, genitiuo sáturi sáturæ sáturi, datiuo sáturo sáturæ sáturo, accusatiuo sáturû sáturam sáturum, vocatiuo ò satur satura sáturum, ablatiuo à sáturo sátura sáturo. Et pluraliter, nominatiuo Sáturi sáturæ sátura, genitiuo saturorum saturârum saturorû, datiuo saturis, accusatiuo sáturos sáturas sátura, vocatiuo ò sáturi sáturæ sátura, ablatiuo à sáturis. *Saoul.* VR.

Singulariter, nominatiuo hoc Templum, genitiuo tépli, datiuo templo, accusatiuo téplum, vocatiuo ò templum, ablatiuo à templo. Et pluraliter, nominatiuo hæc Templa, genitiuo templorum, datiuo templis, accusatiuo templa, vocatiuo ò templa, ablatiuo à templis. *L'Eglise.* VM.

Singulariter, nominatiuo hic Dóminus, genitiuo domini, datiuo domino, accusatiuo dominum, vocatiuo ò domine, ablatiuo à domino. Et pluraliter, nominatiuo hi Domini, genitiuo dominorum, datiuo dominis, accusatiuo dominos, vocatiuo ò domini, ablatiuo à dominis. *Seigneur.* VS.

Singulariter nominatiuo hic Orpheus, genitiuo Orphi, Orphei vel Orpheos, datiuo Orpheo, accusatiuo Orpheû & Orpheon & Orphea, vocatiuo ò Orpheu, ablatiuo ab Orpheo. Et pluraliter, nominatiuo hi Orphei, genitiuo Orpheorum, &c. Poëtæ nomen. EVS.

Singulariter, nominatiuo hoc Ilion, genitiuo Ilij, datiuo Ilio, accusatiuo Ilion, vocatiuo ò Ilion, ablatiuo ab Ilio. Regis Troiæ Priami regia. ON.

Singulariter, nominatiuo hic Logos, genitiuo logi, datiuo logo, accusatiuo logon, vocatiuo ò loge & logos, ablatiuo à logo. Et pluraliter, nominatiuo hi Logi, genitiuo lo- OS.

gorum vel logon,&c.id est sermo.

TERTIA.

Tertia declinatio innumeras ferè nominatiui singularis finitiones ambit.

A. Singulariter,nominatiuo hoc Poema,genitiuo poematis vel poematos,datiuo poemati,accusatiuo poema,vocatiuo ò poema,ablatiuo à poemate. Et pluraliter, nominat. hæc Poemata,genitiuo poemátium vel poematũ,datiuo poematis vel poematib⁹,accusatiuo poemata,vocatiuo ò poemata,ablatiuo à poematis vel poematibus:*Ouure poëtique.*

E. Singulariter,nominatiuo hoc Cubîle,genitiuo cubîlis, datiuo cubíli,accusatiuo cubile,vocatiuo ò cubile, ablatiuo à cubili. Et pluraliter,nominatiuo hæc Cubilia, genitiuo cubilium,datiuo cubilibus, accusatiuo cubilia, vocatiuo ò cubilia,ablatiuo à cubilibus.*Lict.*

O. Singularit.nominatiuo hic Aquilo, genitiuo aquilonis, datiuo aquiloni,accusatiuo aquilonẽ, vocatiuo ò áquilo, ablatiuo ab aquilone. Et pluraliter,nominatiuo hi Aquilones, genitiuo aquilonum,datiuo aquilonibus, &c. Ventus Septentrionalis.

Singulariter,nominatiuo hic Ordo,genitiuo ordinis, datiuo ordini,accusatiuo ordinem,vocatiuo ò ordo,ablatiuo ab ordine. Et pluraliter, nominatiuo hi Ordines, genitiuo ordinum,datiuo ordinibus,&c.*Ordre.*

Singulariter,nominatiuo hæc Caro,genitiuo carnis,datiuo carni,&c. Et pluraliter,nominatiuo hæ Carnes,genitiuo carnium,&c.*Chair.*

Singulariter,nominatiuo hæc Clio, genitiuo clius, datiuo clio, accusatiuo clio, vocatiuo ò clio, ablatiuo à clio. Nomen Musæ.

Singulariter,nominatiuo hic Anio,genitiuo aniênis,datiuo aniéni,accusatiuo aniênem,vocatiuo ò anio, ablatiuo ab aniêne:aut hic Anien,aniênis,fluuius.

AC. Singulariter,nominatiuo hoc Lac,genitiuo lactis,datiuo lacti,accusatiuo lac,voc. ò lac,abl. à lacte,sine plural *Laict.*

EC. Singulariter,nominatiuo hoc Halec,genitiuo halêcis,datiuo haléci,accusatiuo halec,vocatiuo ò halec, ablatiua ab halêce,sine plural. Aut hæc Halec,halêcis,haléci, halêcem.

AL. Singularit.nominatiuo hic Sal,genitiuo salis, datiuo sali,accusatiuo salẽ,vocatiuo ò sal,ablatiuo à sale. Et pluraliter,Sales, salibus, tantùm, id est, condimentum. Gallicè,

du Sel, & dictum mordax.

Singulariter, nominatiuo hoc Animal, genitiuo animâlis, datiuo animáli, accusatiuo ánimal, vocatiuo ô ánimal, ablatiuo ab animáli. Et pluraliter, nominatiuo hæc Animália, genitiuo animálium, datiuo animálibus, accusatiuo animália, &c. *Chose animee.*

Singulariter, nominatiuo hic Dániel, Danielis, Daniéli, Danielem. EL.

Singulariter, nominatiuo hoc Fel, Mel, genitiuo fellis, mellis, datiuo felli, melli, &c. sine plural. Sed mel habet mella. Nota sunt.

Singulariter, nominatiuo hic Mugil, genitiuo múgilis, datiuo múgili, accusatiuo múgilem, vocatiuo ô mugil, ablatiuo à múgile. Et pluraliter, nominatiuo hi Múgiles, genitiuo mugilum, datiuo mugílibus, accusatiuo mugiles, &c. *Vne sorte de poisson.* IL.

Singulariter, nominatiuo hic & hæc Vigil, genitiuo vigilis, datiuo vígili, accusatiuo vígilem, vocatiuo ô vigil, ablatiuo à vígile vel vígili. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Vígiles, genitiuo vigílum, datiuo vigílibus, &c. *Veillant.*

Singulariter, hic Sol, solis, soli, solem, sol, sole. Et pluraliter, hi Soles. & sólibus, tantùm. OL.

Singulariter nominatiuo hic Consul, genitiuo cónsulis, datiuo cónsuli, accusatiuo cónsulem, vocatiuo ò consul, ablatiuo à cónsule. Et pluraliter, nominatiuo hi Cónsules, genitiuo cónsulum, datiuo consulibus, &c. *Conseiller.* VL.

Singular. nominatiuo Titã, genitiuo titânis, vel titanos, datiuo titáni, accusatiuo titanẽ vel titana, vocatiuo ô titã, ablatiuo à titane. Et pluraliter, nominatiuo hi Titánes, genitiuo titanum, datiuo titánibus, accusatiuo titánes vel titánas, vocatiuo ò titánes, ablatiuo à titánibus, id est, Sol. AN.

Singulariter, nominatiuo hic Ren, genitiuo renis, datiuo reni, accusatiuo renem, vocatiuo ò ren, ablatiuo à rene. Et pluraliter, nominatiuo hi Renes, genitiuo renum, datiuo rénibus, accusatiuo renes, &c. *Le roignon.* EN.

Singulariter, nominatiuo Pecten, genitiuo péctinis, datiuo pectini, accusatiuo péctinem, vocatiuo ò pecten, ablatiuo à péctine. Et pluraliter, nominatiuo hi Péctines, genitiuo péctinum, datiuo pectinibus, &c. *Peigne.*

Singulariter, nominatiuo hic Delphin, genitiuo delphinis, vel delphinos, datiuo delphini, accusatiuo delphinem, IN.

vel delphina, vocatiuo ô delphin, ablatiuo à delphine. Et pluraliter, nominatiuo hi Delphines, genitiuo delphinum, datiuo delphinibus, accusatiuo delphines, vel delphinas vocatiuo ô delphines, ablatiuo à delphinibus.

ON. Singulariter, nominatiuo hic Hélicon, genitiuo helicônis, datiuo helicóni, accusatiuo heliconẽ vel helicona, vocatiuo ô hélicõ, ablatiuo ab helicone. Et pluraliter, nominatiuo hi Helicónes, genitiuo heliconũ, datiuo heliconibus, accusatiuo helicónes vel helicónas, &c. *Mont en Beotie.*

Singulariter, nominatiuo hic Phaëthon, genitiuo phaëthóntis, datiuo phaëthónti, accusatiuo phaëthóntem, vel phaëthonta, vocatiuo ô phaëthon, ablatiuo à phaëthónte. Et pluraliter, nominatiuo hi Phaëthóntes, genitiuo phaëthóntum, &c. *Le fils du Soleil.*

AR. Singulariter, nominatiuo hic Cæsar, genitiuo Cæsaris, datiuo Cæsari, accusatiuo Cæsarem, vocatiuo ô Cæsar, ablatiuo à Cæsare. Et pluraliter, nominatiuo hi Cæsares, genitiuo Cæsarum, datiuo Cæsaribus, &c. *Vn Empereur de Rome.*

Singulariter, nominatiuo hoc Calcar, genitiuo calcâris, datiuo calcári, accusatiuo calcar, vocatiuo ô calcar, ablatiuo à calcári. Et pluraliter, nominatiuo hæc Calcária, genitiuo calcárium, datiuo calcáribus, accusatiuo calcária, vocatiuo ô calcária, ablatiuo à calcáribus, *Esperon.*

ER. Singulariter, nominatiuo hic Anser, genitiuo ánseris, datiuo ánseri, accusatiuo ánserem, vocatiuo ô anser, ablatiuo ab ánsere. Et pluraliter, nominatiuo hi Anseres, genitiuo ánserum, datiuo anséribus, &c. *Oye.*

Singulariter, nominatiuo hic Imber, genitiuo imbris, datiuo imbri, accusatiuo imbrem, vocatiuo ô imber, ablatiuo ab imbre vel imbri. Et pluraliter, nominatiuo hi Imbres, genitiuo ímbrium, datiuo ímbribus, accusatiuo imbres vel imbreis, &c. *La pluye.*

Singulariter, nominatiuo hic Pater, genitiuo patris, datiuo patri, accusatiuo patrem, vocatiuo ô pater, ablatiuo à patre. Et pluraliter, nominatiuo hi Patres, genitiuo patrum, datiuo pátribus, &c.

Singulariter, nominatiuo hic Aër, genitiuo áeris, datiuo áëri, accusatiuo áerem vel áëra, vocatiuo ô aër, ablatiuo ab áëre, sine plurali, *l'Air.*

YR. Singulariter, nominatiuo hic & hæc Martyr, genitiuo mártyris vel mártyros, datiuo mártyri, accusatiuo martyrẽ

vel mártyra, vocatiuo ô martyr, ablatiuo à mártyre. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Mártyres, genitiuo mártyrum, datiuo martyribus, accusatiuo mártyres vel mártyras, vocatiuo ô mártyres, &c. Id est Testis.

Singulariter, nominatiuo hic Amor, genitiuo amoris, datiuo amóri, accusatiuo amorem, vocatiuo o amor, ablatiuo ab amore. Et pluraliter, nominatiuo hi Amóres, genitiuo amórum, datiuo amóribus, &c. *Amour.* O R.

Singulariter, nominatiuo hic & hæc & hoc Díscolor, genitiuo discolóris, datiuo discolóri, accusatiuo discolórem & díscolor, vocatiuo ô discolor, ablatiuo à discolóre vel discolóri. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Discolóres & hæc discolória, genitiuo discolórum, datiuo discolóribus, accusatiuo discolóres & discolória, &c. *De diuerses couleurs.*

Singulariter, nominatiuo hic & hæc & hoc Memor, genitiuo mémoris, datiuo mémori, &c. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Mémores, &c. sine neutro.

Singulariter, nominatiuo hic Vultur, genitiuo vúlturis, datiuo vúlturi, accusatiuo vúlturem, vocatiuo ô vultur, ablatiuo à vúlture. Et pluraliter, nominatiuo hi Vúltures, genitiuo vúlturum, datiuo vultúribus, &c. *Vaultour.* V R.

Singulariter, nominatiuo hoc Ebur, genitiuo éboris, &c. Et plur. nominat. hæc Ebora, genitiuo éborum, &c. *Yuoire.*

Singulariter nominatiuo hic Mas, genitiuo maris, datiuo mari, accusatiuo marem, vocatiuo ô mas, ablatiuo à mare. Et pluraliter, nominatiuo hi Mares, genitiuo marium, &c. A S.

Singulariter, nominatiuo hic Adamas, genitiuo adamántis vel adamantos, datiuo adamanti, accusatiuo adamantem vel adamanta, vocatiuo ô adamas, ablatiuo ab adamante. Et pluraliter, nominatiuo hi Adamantes, genitiuo adamantũ, datiuo adamantibus, accusatiuo adamantes vel adamanta, &c. *Diamant.*

Singulariter, nominatiuo hæc Ciuitas, genitiuo ciuitâtis, &c Et pluraliter, nominatiuo hæ Ciuitates, genitiuo ciuitâtum vel ciuitatium, &c. *Cité.*

Singulariter, nominatiuo hæc Lampas, genitiuo lampadis vel lampados, datiuo lampadi, accusatiuo lampadem vel lãpada, vocatiuo ô lampas, ablatiuo à lampade. Et pluraliter, nominatiuo hæ Lampades, genitiuo lampadum, datiuo lampadibus, accusatiuo lampades vel lampadas. *Clarté.*

Singulariter, nominatiuo hic & hæc & hoc Arpinas, ge-

nitiuo arpinâtis, datiuo arpináti, accusatiuo arpinâtem & arpînas, vocatiuo ô arpînas, ablatiuo ab arpinâte vel arpináti. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Arpinátes & hæc arpinátia, genitiuo arpinátium vel arpinâtum, datiuo arpinátibus, accusatiuo arpinátes & arpinátia, &c. *Qui est d'vne ville d'Italie, nommee Arpinum.*

ES. Singularit. nominatiuo hæc Clades, genitiuo cladis, datiuo cladi, accusatiuo cladé, vocatiuo ô clades, ablatiuo à clade. Et pluraliter, nominatiuo hæ Clades, genitiuo cládium, datiuo cládibus, accusatiuo clades vel cladeis, &c. *Occision.*

Singulariter, nominatiuo hic Aries, genitiuo aríetis, datiuo aríeti, accusatiuo aríetem, vocatiuo ô áries, ablatiuo ab aríete. Et pluraliter, nominatiuo hi Aríetes, genitiuo aríetum, datiuo ariétibus, &c. *Belier.*

Singulariter, nominatiuo hic Lebes, genitiuo lebêtis vel lebêtos, datiuo lebéti, accusatiuo lebêtem vel lebêta, vocatiuo ô lebes, ablatiuo à lebête. Et pluraliter, nominatiuo hi Lebétes, genitiuo lebêtum, datiuo lebétibus, accusatiuo lebétes vel lebéteis, &c. *Chauderon.*

Singulariter, nominatiuo hic Chremes, genitiuo chremis, chremêtis vel chremêtos, datiuo chremi vel chremêti, accusatiuo chremen, chremêtem vel chremêta, vocatiuo ô chremes vel chreme, ablatiuo à chreme vel chremête. Et pluraliter, nominatiuo hi Chremes vel chremétes, genitiuo chrémium vel chremêtum, &c.

Singulariter, nominatiuo hic Gurges, genitiuo gúrgitis, datiuo gúrgiti, accusatiuo gúrgitem, &c. Et pluraliter nominatiuo hi Gúrgites, gúrgitum, &c. *Gouffre.*

Singulariter, nominatiuo hic & hæc Præses, genitiuo præsidis, datiuo præsidi, accusatiuo præsidé, vocatiuo ô præses, ablatiuo à præside. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Præsides, genitiuo præsidum, datiuo præsidibus, &c. *President.*

Singulariter, nominatiuo hæc Apes vel apis, apis, api, apé, ô apes, vel apis, ab ape. Et pluraliter, hæ Apes, ápium, ápibus, &c. *Mousche à miel.*

IS Singulariter, nominatiuo hic Orbis, genitiuo orbis, datiuo orbi, accusatiuo orbem, vocatiuo ô orbis, ablatiuo ab orbe. Et pluraliter, nominatiuo hi Orbes, genitiuo órbium. datiuo órbibus, accusatiuo orbes vel orbeis, vocatiuo ô orbes, &c. *Chose ronde.*

Singulariter, nominatiuo hic Panis, genitiuo panis, da-

tiuo pani, accuſatiuo panē, vocatiuo ò panis, ablatiuo à pane. Et pluraliter, nominatiuo hi Panes, genitiuo panum, datiuo pánibus, &c. *Pain.*

Singulariter, nominatiuo hic Molaris, genitiuo molaris, datiuo molari, accuſatiuo molarem, vocatiuo ò molaris, ablatiuo à molari. Et pluraliter, nominatiuo hi Molares, genitiuo molarium, datiuo molaribus, accuſatiuo molares, &c. *Dent moliere.*

Singulariter, nominatiuo hic Amnis, genitiuo amnis, datiuo amni, accuſatiuo amnem, vocatiuo ò amnis, ablatiuo ab amne vel amni. Et pluraliter, nominatiuo hi Amnes, genitiuo amnium, datiuo amnibus, accuſatiuo amnes vel amneis, &c. *Riuiere.*

Singulariter, nominatiuo hic Araris, genitiuo araris, datiuo arari, accuſatiuo ararim, vocatiuo o araris, ablatiuo ab arari. *La riuiere de Saone.*

Singulariter, nominatiuo hic Tybris, genitiuo tybridis vel tybridos, datiuo tybridi, accuſatiuo tybrim, vel tybrin, vocatiuo ò tybris, ablatiuo à tybri. *Fleuue de Tybre.*

Singulariter, nominatiuo hic Aléxis, genitiuo aléxidis vel aléxidos, datiuo aléxidi, accuſatiuo aléxim vel aléxin, aléxidem vel aléxida, vocatiuo ò aléxi, ablati. ab aléxi vel aléxide. Et pluraliter, nominatiuo hi Aléxides, genitiuo aléxidum, datiuo alexidibus, accuſatiuo aléxides vel aléxidas, &c. Nomen viri.

Singulariter, nominatiuo hic Paris, genitiuo paris, paridis vel paridos, datiuo pari vel paridi, accuſatiuo parim vel parin, paridem vel parida, vocatiuo ò paris vel pari, ablatiuo à pari vel paride. Nomen viri.

Singulariter, nominatiuo hic Simois, genitiuo ſimoéntis vel ſimoéntos, datiuo ſimoénti, accuſatiuo ſimoéntē vel ſimoénta, vocatiuo ò ſímois, ablat. à ſimoénte. *Fleuue de Troye.*

Singulariter, nominatiuo hæc Febris, genitiuo febris, datiuo febri, accuſat. febrē vel febrim, vocatiuo ò febris, ablatiuo à febre vel febri. Et plur. nominatiuo hæ Febres, genitiuo fébriū, datiuo fébribus, accuſat. febres vel febreis, &c.

Singularit. nominatiuo hæc Syrtis, genitiuo ſyrtidis vel ſyrtidos, datiuo ſyrtidi, accuſatiuo ſyrtim & ſyrtin, vocatiuo ò ſyrtis, ablatiuo à ſyrti. Et pluraliter, nominatiuo hæ Syrtes vel ſyrteis, genitiuo ſyrtium, datiuo ſyrtibus, accuſatiuo ſyrtes vel ſyrteis, &c. *Lieu en la mer perilleux.*

Singulariter, nominatiuo hæc Tigris, genitiuo tigridis vel tigridos, datiuo tigri vel tigridi, accusatiuo tigrim, vocatiuo ô tigris, ablatiuo à tigri vel tigride. Et pluraliter, nominatiuo hæ Tigres vel tigrides, genitiuo tigrum vel tigridum, &c. Animal.

Singulariter nominatiuo hæc Syntáxis, genitiuo syntáxis vel syntáxeos, datiuo syntáxi, accusatiuo syntáxim vel syntáxin, vocatiuo ô syntáxis vel syntáxi, ablatiuo à syntáxi. Et pluraliter, nominatiuo hæ syntáxes, genitiuo syntáxium vel syntáxeon, &c. id est constructio.

OS. Singulariter nominatiuo hic Flos, genitiuo floris, datiuo flori, accusatiuo florem, vocatiuo ô flos, ablatiuo à flore. Et pluraliter, nominatiuo hi Flores, genitiuo florum, datiuo floribus, &c. *Fleur.*

Singulariter nominatiuo hic & hæc Sacérdos, genitiuo sacerdôtis, datiuo sacerdóti, accusatiuo sacerdoté, vocatiuo ô sacédos, ablatiuo à sacerdote. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Sacerdótes, genitiuo sacerdotum, datiuo sacerdótibus, &c.

Singulariter, nominatiuo hic Heros, genitiuo herôis vel herôos, datiuo herôi, accusatiuo herôe vel heróa, vocatiuo ò heros, ablat. ab herôe. Et pluraliter, nominat. hi Heróes, genitiuo herôum, datiuo heróibus, accusatiuo heróes vel heróas, &c. *Homme vaillant, & digne qu'on parle de luy à iamais.*

Singulariter, nominatiuo hoc Os, genitiuo oris vel ossis, datiuo ori vel ossi, accusatiuo os, vocatiuo ò os, ablat. ab ore vel osse. Et pluraliter, nominati. hæc Ora vel ossa, genitiuo órium vel ossium, dat. oribus vel ossibus. *Bouche & oz.*

Singulariter, nominatiuo hic & hæc Bos, genitiuo bouis, datiuo boui, accusatiuo bouem, vocatiuo ò bos, ablat. à boue. Et pluraliter, nominatiuo Boues, genitiuo boum, datiuo bobus vel bubus, &c.

VS. Singulariter, nominatiuo hic Mus, genitiuo muris, datiuo muri, accusatiuo murem, vocatiuo ò mus, ablat. à mure. Et pluraliter, nominatiuo hi Mures, genitiuo múrium, datiuo múribus, accusatiuo mures vel mureis, &c. *Rat, & souriz.*

Singulariter, nominatiuo hic Oédipus, genitiuo Oedipodis vel Oedipodos, datiuo Oedipodi, accusatiuo Oedipodem vel Oedipoda, vocat. ò Oédipe, ablatiuo ab Oedipode. Et pluraliter, nominatiuo hi Oedipodes, genitiuo Oedipodum, datiuo Oedipódibus, accusatiuo Oedipodes vel

Oedi-

Oedipodas,&c.

Singulariter,nominatiuo hæc Palus, genitiuo palûdis, datiuo palúdi,accusatiuo palûdem,vocatiuo ô palus,ablatiuo à palûde. Et pluraliter, nominatiuo hæ Palúdes, genitiuo palûdum,&c. *Marets & boue.*

Singulariter, nominatiuo hæc Virtus, genitiuo virtûtis, datiuo virtúti, accusatiuo virtûtem, vocatiuo ô virtus, ablatiuo à virtûte. Et pluraliter, nominatiuo hæ Virtútes, genitiuo virtútum,&c.

Singulariter,nominatiuo hæc Venus, genitiuo Véneris, datiuo Véneri,accusatiuo Vénerē,vocatiuo ô Venus, ablatiuo à Vénere. Et pluraliter,nominatiuo hæ Véneres, genitiuo Vénerum,&c.

Hic & hæc Sus, suis. Hi & hæ sues, suum,&c.

Singulariter,nominatiuo hæc Amathus, genitiuo amathúntis vel amahúntos,datiuo amathúnti,accusatiuo amathúntem vel amathúnta, vocatiuo ô amathus, ablatiuo ab ab amathûnte. *Cité de Cypre.*

Singulariter,nominatiuo hoc Crus,genitiuo cruris.datiuo cruri,accusatiuo crus,vocatiuo ô crus, ablatiuo à crure. Et pluraliter,nominatiuo hæc Crura, genitiuo crurum, datiuo crúribus.

Hoc ius, iuris. Hæc iura, iúrium,&c.

Singulariter nominatiuo hoc Tempus,genitiuo tēporis, datiuo témpori,accusatiuo tempus,vocatiuo ô tēpus,ablatiuo à tēpore. Et pluraliter,nominatiuo hæc Témpora, genitiuo témporum,datiuo tempóribus,&c.

Singulariter,nominatiuo hic Præs,genitiuo prædis,datiuo prædi, accusatiuo prędem, vocatiuo ô præs, ablatiuo à præde. Et pluraliter, nominatiuo hi Prædes, genitiuo prædum,datiuo prædibus,&c. *Pleige, fiance.* AES.

Hoc Æs, æris, æri, æs, ô æs, ab ære. Aera tantùm.

Singulariter,nominatiuo hæc Laus,genitiuo laudis, datiuo laudi,accusatiuo laudem,vocatiuo ô laus, ablatiuo à laude. Et pluraliter,nominatiuo hæ Laudes, genitiuo laudum,datiuo laudibus,&c. *Louange.* AVS.

Singulariter,nominatiuo hic Arabs,genitiuo Arabis,datiuo Arabi,accusatiuo Arabem,vocatiuo ò Arabs,ablatiuo ab Arabe. Et pluraliter,nominatiuo hi Arabes,genitiuo Arabum,datiuo Arábibus,&c. *Homme d'Arabie.* ABS.

Singular. nominatiuo hæc Plebs,genitiuo plebis, datiuo EBS.

plebi, accusatiuo plebem, vocatiuo ò plebs, ablatiuo à plebe, sine plurali: Vilior pars populi.

YBS. Singulariter, nominatiuo hic Lybs, genitiuo lybis, datiuo lybi, accusatiuo lybem, vocatiuo ò lybs, ablatiuo à lybe. Et pluraliter, nominatiuo hi Lybes, genitiuo lybium, datiuo lybibus, &c. *Vent d'Afrique,*

OBS. Singulariter, nominatiuo hæc Scobs, genitiuo scobis, datiuo scobi, accusatiuo scobē, &c. Et pluraliter, nominatiuo hæ Scobes, genitiuo scóbiū, datiuo scóbibus, &c. Minutissimum quiddam cadens forando vel secando, *comme de bresil.*

VRBS. Singulariter, nominatiuo hæc Vrbs, genitiuo vrbis, datiuo vrbi, &c. Et pluraliter, nominatiuo hæ Vrbes, genitiuo vrbium, datiuo vrbibus, accusatiuo vrbes vel vrbeis, &c. *Lieu clos de mur.*

VLS. Singulariter, nominatiuo hæc Puls, genitiuo pultis, datiuo pulti, accusatiuo pultem, &c. Et pluraliter, nominatiuo hæ Pultes, genitiuo pultum, datiuo púltibus, accusatiuo pultes vel pulteis, &c. Cibus quidam.

EMS. Singulariter, nominatiuo hæc Hyems, genitiuo hyemis, datiuo hyemi, &c. Et pluraliter, nominatiuo hæ Hyemes, genitiuo hyemum, datiuo hyémibus, &c. *Hyuer.*

ANS. Singulariter, nominatiuo hic Quadrās, genitiuo quadrātis, datiuo quadránti, accusatiuo quadrantem, vocatiuo ò quadrans, ablatiuo à quadrante. Et pluraliter, nominatiuo hi Quadrantes genitiuo quadrantium vel quadrantum, datiuo quadrāntibus, accusatiuo quadrantes vel quadranteis, &c. *Le poids de trois onces.*

ENS. Singulariter, nominatiuo hic & hæc Parens, genitiuo paréntis, datiuo parénti, accusatiuo parentem, vocatiuo ò parens, ablatiuo à parente. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Parentes, genitiuo parentū, datiuo parentibus, accusatiuo parentes, &c. *Pere & mere.*

YNS. Singulariter, nominatiuo hic Tiryns, genitiuo Tirynthis vel Tirynthos, datiuo Tirynthi, accusatiuo Tirynthem vel Tiryntha, vocatiuo ò Tiryns, ablatiuo à Tirynthe. Sic pro fluuio, sed pro vrbe est fœmininum.

ONS. Singulariter, nominatiuo hic Fons, genitiuo fontis, &c. Et plural. nominatiuo hi Fontes, genit. fóntiū, &c. *Fōtaine.*

VNS. Singulariter, nominatiuo hic Aruns, genitiuo arúntis, datiuo arunti, accusatiuo aruntem, &c. Proprium hominis.

APS. Singulariter, nominatiuo hic Lælaps, genitiuo lælapis.

datiuo lælapi, accusatiuo lælapem vel lælapa, vocatiuo ô lælaps, ablatiuo à lælape. Et pluraliter, nominatiuo hi Lælapes, genitiuo lælapum, datiuo lælápibus, accusatiuo lælapes vel lælapas, &c. *Nom de chien*, apud Ouidium.

Singulariter, nominatiuo hic & hæc Múniceps, genitiuo municipis, datiuo municipi, &c. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Munícipes, genitiuo munícipum, &c. *Citoyen.* EPS.

Singulariter, nominatiuo hæc Stips, genitiuo stipis, datiuo stipi, accusatiuo stipem, &c. Et pluraliter, nominatiuo hæ Stipes, genitiuo stipum, &c. *Denier.* IPS.

Singulariter, nominatiuo hic Cyclops, genitiuo cyclôpis, datiuo cyclópi, accusatiuo cyclôpen vel cyclôpa, &c. Et pluraliter, nominatiuo hi Cyclópes, genitiuo cyclôpum, datiuo cyclópibus, accusatiuo cyclópes vel cyclópas. Gigas vnoculus. OPS.

Stirps, stirpis, &c. Stirpes, stirpium, stirpibus, &c. Progenies. Pro trunco, incerti generis est. IRPS.

Singulariter, nominatiuo hæc Pars, genitiuo partis, datiuo parti, accusatiuo partem, vocatiuo ô pars, ablatiuo à parte. Et pluraliter, nominatiuo hæ Partes, genitiuo pártium, datiuo pártibus, &c. ARS.

Singulariter, nominatiuo hic & hæc & hoc Solers, genitiuo solértis, &c. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Solértes & hæc solértia, genitiuo solértium, &c. *Ingenieux.* ERS.

Singulariter, nominatiuo hic & hæc & hoc Concors, genitiuo concórdis, datiuo concórdi, accusatiuo concórdem & concors, vocatiuo ô concors, ablatiuo à concórde vel concordi. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Concórdes & hæc concórdia, genitiuo concórdium, &c. *Concordant.* ORS.

Singulariter, nominatiuo hic Thorax, genitiuo thorâcis, datiuo thoráci, accusatiuo thorácem vel thoráca, vocatiuo ô thorax, ablatiuo à thoráce. Et pluraliter, nominatiuo hi Thoráces, genitiuo thorácum, datiuo thoracibus, accusatiuo thoráces vel thorácas, &c. *Poictrine, ou cuirasse.* AX.

Singulariter, nominatiuo hic Veruex, genitiuo veruécis, &c. Et pluraliter, nominatiuo hi Verućces, genitiuo veruécum, &c. *Mouton.* EX.

Singulariter, nominatiuo hic Apex, genitiuo ápicis, datiuo ápici, accusatiuo ápicem, &c. Et pluraliter, nominatiuo hi Apices, genitiuo ápicum, datiuo apícibus, &c. *Le sommet de quelque chose.*

IX. Singulariter, nominatiuo hic Fornix, genitiuo fórnicis, datiuo fórnici, &c. Et pluraliter, nominatiuo hi Fórnices, genitiuo fórnicum, datiuo fornicibus, &c. *L'arc d'vne porte ou d'vne voulte.*

OX. Singulariter, nominatiuo hæc Vox, genitiuo vocis, datiuo voci, &c. Et pluraliter, nominatiuo hæ Voces, genitiuo vocum, &c. *Voix.*

VX. Singulariter, nominatiuo hæc Nux, genitiuo nucis, datiuo nuci, &c. Et pluraliter, nominatiuo hæ Nuces, genitiuo nucum, &c. *Tout fruict ayant l'escorce dure.*

ALX. Singulariter, nominatiuo hæc Falx, genitiuo falcis, &c. fit plural. nominatiuo hæ Falces, genit. falcium, &c. *Faucille.*

ANX. Singulariter, nominatiuo hæc Lanx, genitiuo lancis, &c. Et pluraliter nominatiuo hæ Lances, genitiuo láncium, &c. *Escuelle large & ronde.*

Hæc Phalanx, phalángis vel phalángos, *Compagnie de gensdarmes.*

INX. Singulariter, nominatiuo hæc Sphinx, genitiuo sphingis vel sphingos, datiuo sphingi, accusatiuo sphingẽ vel sphinga, &c. Et plural. nominatiuo hæ Sphinges, genitiuo sphingum, datiuo sphingibus, accusatiuo sphinges vel sphingas, &c. Quoddam monstrum.

VNX. Singulariter, nominatiuo hic Quincunx, genitiuo quincúncis, &c. Et pluraliter nominatiuo hi Quincúnces, genitiuo quincúncium, &c. *Le poids de cinq onces.*

Singulariter nominatiuo hic & hæc Coniunx, genitiuo cóniugis, &c. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Coniuges, genitiuo cóniugum, &c. *Le mary & la femme.*

ARX. Singulariter, nominatiuo hæc Arx, genitiuo arcis, &c. Et pluraliter, nominatiuo hæ Arces, genitiuo árcium, datiuo árcibus, accusatiuo arces, vel arceis, &c. *Chasteau, forteresse.*

ERX. Singulariter, nominatiuo hæc Merx, genitiuo mercis, &c. Et pluraliter, nominatiuo hæ Merces, genitiuo mércium, &c. *Marchandise.*

ADIECTIVORVM inflexus.

Adiectiua nomina aut sunt primæ & secundæ declinationis, aut sunt tertiæ, quia per quartam & quintam nullũ adiectiuum declinatur. Quæ sunt primæ aut secundę declinationis, declinantur per tres diuersas voces absque notis generum, & primam positionem mittunt in us vel in er: vt

Singulariter, nominatiuo Bonus, bona, bonum, genitiuo boni bonæ boni, datiuo bono bonæ bono, accusatiuo bonum bonam bonum, vocatiuo ô bone bona bonum, ablatiuo à bono bona bono. Et pluraliter, nominatiuo Boni bonæ bona, genitiuo bonorum bonarum bonorum, datiuo bonis, accusatiuo bonos bonas bona, vocatiuo ô boni bonæ bona, ablatiuo à bonis.

Singulariter, nominatiuo Tener ténera ténerum, genitiuo téneri téneræ téneri, datiuo ténero téneræ ténero, accusatiuo ténerum téneram ténerum, vocatiuo ô tener ténera ténerum, ablatiuo à tenero, ténera ténero. Et pl. nominatiuo Téneri téneræ ténera, genitiuo tenerorum tenerarum tenerorum, datiuo téneris, accusatiuo téneros téneras ténera, vocatiuo ô téneri téneræ ténera, ablatiuo à teneris.

Adiectiua tertiæ declinationis tribus modis variantur. Primò, per tres notas generis, & vnam terminationem: vt, hic & hæc & hoc Prudens. Secundò, per tres notas generis, & duas desinentias: vt hic & hæc Breuis, & hoc breue. Tertiò, per tres notas generis, & tres positiones: vt hic Acer, hæc acris, hoc acre.

Singulariter, nominatiuo hic & hæc & hoc Elegans, genitiuo elegántis, datiuo elegánti, accusatiuo elegántem & élegans, vocatiuo ô élegans, ablatiuo ab elegánte vel elegánti. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Elegántes & hæc elegántia, genitiuo elegántium, vel elegántum, datiuo elegántibus, accusatiuo elegántes vel elegánteis, & elegántia, vocatiuo ô elegántes & elegántia, ablatiuo ab elegántibus. *Beau, Ioli, Coinct.*

Singulariter, nominatiuo hic & hæc & hoc Fœlix, genitiuo fœlîcis, datiuo fœlîci, accusatiuo fœlicē & fœlix, vocatiuo ô fœlix, ablatiuo à fœlîce vel fœlîci. Et pluraliter, nominati. hi & hæ Fœlíces & hæc fœlícia, genit. fœlíciū, datiuo fœlícibus, accusatiuo fœlices vel fœlíceis & fœlícia, voca. ô fœlíces & fœlícia, ablat. à fœlícibus. *Heureux, riche.*

Singulariter, nominatiuo hic & hæc Breuis & hoc breue, genitiuo breuis, datiuo breui, accusatiuo breuē & breue, vocatiuo ô breuis & breue, ablatiuo à breui. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Breues & hæc bréuia, genitiuo bréuium, datiuo breuibus, accusatiuo breues vel breueis & bréuia, vocatiuo ô breues & bréuia, ablatiuo à bréuibus. *Bref.*

Singulariter, nominatiuo hic & hæc Bréuior & hoc Bré-

uius, genitiuo breuioris, datiuo breuióri, accusatiuo breuiorem & bréuius, vocatiuo ô bréuior & bréuius, ablatiuo à breuiore, vel breuióri. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Breuiores, & hæc breuiora, genitiuo breuiorum, datiuo breuióribus, accusatiuo breuióres & breuiora, vocatiuo ô breuióres & breuiora, ablatiuo à breuióribus.

Breuis bréuior breuissimus, breuis bréuior breuissima, breue bréuius breuissimum: breuis breuioris breuissimi, &c.

Bonus mélior óptimus, bona mélior óptima, bonum mélius óptimum. Et in aduerbio, benè meliùs optimè.

Malus peior péssimus, mala peior péssima, malum peius péssimum. Et in aduerbio, malè peiùs péssimè.

Pius magis pius pissimus, pia magis pia pissima, piũ magis pium piissimum. Et in aduerbio, piè magis piè piissimè.

Singulariter, nominatiuo hic Acer, hæc acris & hoc acre, genitiuo acris, datiuo acri, accusatiuo acrem & acre, vocatiuo ô acer acris & acre, ablatiuo ab acri. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Acres & hæc ácria, genitiuo ácrium, datiuo ácribus, accusatiuo acres vel acreis & acria, vocatiuo ô acres & acria, ablatiuo ab acribus: *Fort & vaillant.*

QVARTA DECLINATIO nominis.

QVarta declinatio nominis duos singularis nominatiui exitus habet, us, & u.

Singulariter, nominatiuo hic Sensus, genitiuo sensus, datiuo sénsui, accusatiuo sensum, vocatiuo ô sensus, ablatiuo à sensu. Et pluraliter, nominatiuo hi Sensus, genitiuo sensuum, datiuo sensibus, accusatiuo sensus, vocatiuo ô sensus, ablatiuo à sensibus.

Singulariter, nominatiuo hic Artus, genitiuo artus, datiuo artui, accusatiuo artum, &c. Et pluraliter, nominatiuo hi Artus, genitiuo artuum, datiuo artubus, accusatiuo artus, vocatiuo ô artus, ablatiuo ab artubus. Id est, membrum.

Singulariter, nominatiuo hic Iesus, genitiuo Iesu, datiuo Iesu, accusatiuo Iesum, vocatiuo ô Iesu, ablatiuo à Iesu.

Singulariter, nominatiuo hoc Cornu, genitiuo cornu, datiuo cornu, accusatiuo cornu, vocatiuo ô cornu, ablatiuo à cornu. Et pluraliter, nominatiuo hæc Cornua, genitiuo cornuum, datiuo córnibus, accusatiuo córnua, vocatiuo ô córnua, ablatiuo à córnibus. *Corne.*

QVINTA DECLINATIO.

QVinta declinatio vnius tantùm positionis est in nominatiuo singulari, quæ est es.

Singularit. nominatiuo hæc Acies, genitiuo aciéi, datiuo aciéi, accusatiuo áciem, vocatiuo ò ácies, ablatiuo ab acie. Et pluraliter, nominatiuo hæ Acies, genitiuo acierum, datiuo aciebus, accusatiuo acies, vocatiuo ò acies, ablatiuo ab aciebus. *Le taillant.*

Singulariter, nominatio hic vel hæc Dies, genitiuo diéi, datiuo diéi, accusatiuo diē, vocatiuo ò dies, ablatiuo à die. Et pluraliter, nominatiuo hi Dies, genitiuo dierum, datiuo diebus, accusatiuo dies, vocatiuo ò dies, ablatiuo a diebus. Sic, hic Meridies.

DECLINATVS ALIQVOT nominum anomalorum.

SIngulariter, nominatiuo hæc Domus, genitiuo domi vel domus, datiuo dómui, accusatiuo domū, vocatiuo ò domus, ablatiuo à domo. Et pluraliter, nominatiuo hæ Domus, genitiuo domorum vel dómuū, datiuo dómibus, accusatiuo domos, vocatiuo ò domus, ablatiuo à dómibus.

Singulariter, nominatiuo hæc Ficus, genitiuo fici vel ficus, &c. pro arbore. Pro fructu, hæc ficus, fici, vel ficus, aut hic ficus fici fico, &c Pro morbo, hic ficus fici fico, &c.

Pluraliter, nominatiuo Duo duæ duo, genitiuo duorum vel duum duarum duorū vel duum, datiuo duobus duabus duobus, accusatiuo duos vel duo duas duo, vocatiuo ò duo duæ duo, ablatiuo à duobus duabus duobus. Sic Ambo, sed sine syncopa in genitiuo.

Pluraliter, nominatiuo hi & hæ Tres & hæc tria, genitiuo trium, datiuo tribus, accusatiuo tres vel tria, vocatiuo ò tres & tria, ablatiuo à tribus.

Pluraliter, nominatiuo hi & hæ & hæc Quatuor, genitiuo quatuor, datiuo quatuor, &c. aptotum est.

Item à quatuor vsque ad centum numeralia omnia, omnis generis sunt, & pluralis numeri indeclinabilia.

Singulariter, nominatiuo hoc Plus, genitiuo pluris, datiuo caret, accusatiuo plus, vocatiuo ò plus, ablatiuo à pluri. Et plural, nominatiuo hi & hæ Plures & hæc plura vel plúria, genitiuo plurium, datiuo pluribus, accusatiuo plures vel pluris & plura vel pluria, vocatiuo ò plures & plura vel pluria, ablatiuo à pluribus.

PRIMA INFLEXIO
Pronominis.

PRimæ inflexionis tria tantùm ſunt pronomina: Ego, tu ſui.

Singulariter, nominatiuo Ego, genitiuo mei vel mis, datiuo mihi, accuſatiuo me, ablatiuo à me. Et pluraliter, nominatiuo Nos, genitiuo noſtrum vel noſtri, datiuo nobis, accuſatiuo nos, ablatiuo à nobis.

Singulariter, nominatiuo Tu, genitiuo tui vel tis, datiuo tibi, accuſatiuo te, vocatiuo ò tu, ablatiuo à te. Et pluraliter, nominatiuo Vos, genitiuo veſtrum vel veſtri, datiuo vobis, accuſatiuo vos, vocatiuo ò vos, ablatiuo à vobis.

Singulariter, genitiuo Sui vel ſis, datiuo ſibi, accuſatiuo ſe, ablatiuo à ſe. Et pluraliter ſimiliter.

SECVNDA PRONOMINIS
variatio.

SEcundæ declinationis quinque ſunt pronomina, Ille, ipſe, iſte, hic, is.

Singularit. nominatiuo Ille illa illud, genitiuo illìus, datiuo illi, accuſatiuo illum illam illud, ablatiuo ab illo illa illo. Et pluraliter, nominatiuo Illi illæ illa, genitiuo illorum illarum illorum, datiuo illis, accuſatiuo illos illas illa, ablatiuo ab illis.

Singularit. nominatiuo Ipſe ipſa ipſum, genitiuo ipsîus, datiuo ipſi, accuſatiuo ipſum ipſam ipſum, ablatiuo ab ipſo ipſa ipſo. Et pluraliter, nominatiuo Ipſi ipſæ ipſa, genitiuo ipſorum ipſarum ipſorum, datiuo ipſis, accuſatiuo ipſos ipſas ipſa, ablatiuo ab ipſis.

Singulariter, nominatiuo Iſte iſta iſtud, genitiuo iſtius, datiuo iſti, accuſatiuo iſtum iſtam iſtud, ablatiuo ab iſto iſta iſto. Et pluraliter, nominatiuo iſti iſtæ iſta, genitiuo iſtorũ iſtarum iſtorum, datiuo iſtis, accuſatiuo iſtos iſtas iſta, ablatiuo ab iſtis.

Singulariter, nominatiuo Hic hæc hoc, genitiuo huius, datiuo huic, accuſatiuo hunc hanc hoc, ablatiuo ab hoc ab hac ab hoc. Et pluraliter, nominatiuo Hi hæ hæc, genitiuo horum harum horum, datiuo his, accuſatiuo hos has hæc, ablatiuo ab his.

Singularit. nominatiuo Is ea id, genitiuo eius, datiuo ei, accuſatiuo eum eam id, ablatiuo ab eo ea eo. Et pluraliter, nominatiuo Ei vel ij eæ ea, genitiuo eorum earum eorum,

datiuo eis vel iis, accusat. eos eas ea, ablatiuo ab eis vel iis.

Nomina per secundam declinationem pronominis inclinata, sunt Vnus, vllus, vter, nullus, soles, alter, totus, alius, & quis cum compositis.

Singulariter, nominatiuo Vnus vna vnũ, genitiuo vnius, datiuo vni, accusatiuo vnum vnam vnum, vocatiuo ò vne vna vnum, ablatiuo ab vno vna vno. Et pluraliter, nominatiuo Vni vnæ vna, genitiuo vnorum vnarum vnorum, datiuo vnis, accusatiuo vnos vnas vna, vocatiuo ò vni vnæ vna, ablatiuo ab vnis.

Sic Totus, solus, & reliqua: nisi quòd vocatiuo carent. Et alius, quod aliud habet in neutro genere, alij in datiuo.

Singulariter, nominatiuo Quis vel qui, quæ vel qua, quod vel quid, genitiuo cuius, datiuo cui, accusatiuo quem quam quod vel quid, ablatiuo à quo vel à qui, à qua vel à qui, à quo vel à qui. Et pluraliter, nominatiuo Qui quæ quæ vel qua, genitiuo quorum quarum quorum, datiuo queis vel quibus, accusatiuo quos quas quæ vel qua, ablatiuo à queis vel à quibus.

COMPOSITA A QVIS ET QVI.

Singular. nominatiuo Ecquis ecqua ecquod vel ecquid, genitiuo eccuius, datiuo eccui, accusatiuo ecquem ecquam ecquod vel ecquid, ablatiuo ab ecquo ecqua ecquo. Et pluraliter, nominatiuo Ecqui ecquæ ecqua, &c.

Sic Nequis, aliquis, nunquis, siquis.

Quisquis, quicquid, à quoquo, quaqua, tantùm habet.

Singulariter, nominatiuo Quisnam, quænam, quodnam vel quidnam, genitiuo cuiúsnam, datiuo cuînã, accusatiuo quemnam, quamnam, quidnam vel quidnam.

Sic Quisque, sed sine genitiuo plurali, quispiã, quisputas.

Singulariter, nominatiuo Quidam, quædam, quoddam vel quiddam, genitiuo cuiusdam, datiuo cuidam, &c.

Sic Quiuis, Quicunque, Quilibet.

TERTIA PRONOMInis Inclinatio.

TErtiæ declinationis sunt alia quinque pronomina, Meus, tuus, suus, noster & vester.

Singulariter, nominatiuo Meus mea meum, genitiuo mei meæ mei, datiuo meo meæ meo, accusatiuo meum meam meum, vocatiuo ò mi mea meũ, ablatiuo à meo mea meo. Et pluraliter, nominatiuo Mei meæ mea, genitiuo meorum

mearum meorum, datiuo meis, accusatiuo meos meas mea, vocatiuo ò mei meæ mea, ablatiuo à meis. Sic Tuus, suus: sed sine vocatiuo.

Singulariter, nominatiuo Noster nostra nostrũ, genitiuo nostri nostræ nostri, datiuo nostro nostræ nostro, accusatiuo nostrum nostram nostrum, vocatiuo ò noster nostra nostrum, ablatiuo à nostro nostra nostro. Et pluraliter nominatiuo, Nostri nostræ nostra, genitiuo nostrorum nostrarũ nostrorũ, datiuo nostris, accusatiuo nostros nostras nostra, vocatiuo ò nostri nostræ nostra, ablatiuo à nostris. Sic Vester, sed sine vocatiuo.

QVARTA DECLINATIO.

QVartæ declinationis sunt duo, Nostras & vestras.

Singulariter nominatiuo hic & hæc & hoc Nostras, genitiuo nostratis, datiuo nostráti, accusatiuo nostratẽ & nostras, vocatiuo ò nostras, ablatiuo à nostrate vel nostrati. Et pluraliter nominatiuo, hi & hæ Nostrates & hæc nostratia, genitiuo nostratũ vel nostratiũ, datiuo nostratibus, accusat. nostrates & nostratia, vocatiuo ò nostrates & nostratia, ablatiuo à nostratibus. Sic Vestras, sed sine vocatiuo.

DE PARTICIPIIS.

PArticipia more nominum declinantur, aut per primã & secundam simul, aut per tertiam declinationem solùm.

Primæ & secundæ declinationis simul.

Singulariter, nominatiuo Amatus amata amatũ, genitiuo amati amatæ amati, datiuo amato amatæ amato, accusatiuo amatũ amatam amatũ, vocatiuo ò amate amata amatam, ablatiuo ab amato amata amato. Et pluralit. nominatiuo amati amatæ amata, genitiuo amatorum amatarũ amatorum, datiuo amatis, accusatiuo amatos amatas amata, vocatiuo ò amati amatæ amata, ablatiuo ab amatis.

Sic Doctus, visus, lectus, auditus, percussus, pexus, secutus, & eiusmodi.

Singulariter, nominatiuo Amatûrus amatura amaturũ, genitiuo amaturi amaturæ amaturi, datiuo amaturo amaturæ amaturo, accusatiuo amaturũ amaturã amaturum, vocatiuo ò amature amatura amaturum, ablatiuo ab amaturo amatura amaturo. Et plural. nominatiuo Amaturi amaturę amatura, genitiuo amaturorum amaturarum amaturorum, datiuo amaturis, accusatiuo amaturos amaturas amatura, vocatiuo ò amaturi amaturæ amatura, ablat. ab amaturis.

Sic Doctûrus, visûrus, lectûrus, & similia.

Singulariter nominatiuo Amándus amánda amándũ, genitiuo amándi amándæ amándi, datiuo amándo amándæ amándo, accusatiuo amándum amándam amándum, &c. Et pluraliter, nominatiuo Amándi amándæ amánda, genitiuo amandorum amandarum amandorum, datiuo amandis, &c.

Sic Docéndus, legéndus, audiéndus, &c.

TERTIAE DECLINATIONIS.

Singulariter, nominatiuo hic & hæc & hoc Amans, genitiuo amantis, datiuo amanti, accusatiuo amantem & amans, vocatiuo ò amans, ablatiuo ab amante vel amanti.

Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Amantes & hæc amantia, genitiuo amantium vel amantum, datiuo amantibus, accusatiuo amantes vel amanteis, & amantia, vocatiuo ò amãtes & amantia, ablatiuo ab amantibus.

Sic Docens, legens, audiens, &c.

At Iens & Quiens cum compositis, faciunt eúntis: præter ámbiens, ambiéntis, & supérbiens, superbiéntis.

Singulariter, nominatiuo hic & hæc & hoc Iens, genitiuo eúntis, datiuo eúnti, accusatiuo eúntem & iens, vocatiuo ô iens, ablatiuo ab eúnte vel eúnti. Et pluraliter, nominatiuo hi & hæ Eúntes & hæc eúntia, genitiuo euntium vel euntũ, datiuo euntibus, accusatiuo euntes vel eunteis & euntia, vocatiuo ô euntes & euntia, ablatiuo ab euntibus.

VERBORVM CONIVGATVS.

Præterito perfecto, & plus quàm perfecto, vtinam Amatum esset vel fuisset, *à la mienne volonte qu'on eust aimé.*

Futuro, vtinam Ametur, *à la mienne volonté qu'on aime.*

Subiunctiuo modo, tempore præsenti, cùm Ametur, *veu, ou comme ainsi soit qu'on aime.*

Præterito imperfecto, cùm Amaretur, *veu qu'on aimoit, ou comme ainsi soit qu'on aimast.*

Præterito perfecto, cùm Amatum sit vel fuerit, *comme ainsi soit qu'on ait aimé.*

Preterito plus quàm perfecto, cùm amatum esset vel fuisset, *comme ainsi soit qu'on eust, ou veu qu'on auoit aimé.*

Futuro, cùm Amatum erit vel fuerit *quand on aura aimé*

Infinitiuo modo, tempore præsenti, & præterito imperfecto, sine numeris & personis, Amári, *qu'on aime.* Quum videam amári, *veu que ie voy qu'on aime.*

Præterito perfecto, & plus quàm perfecto, Amatum esse vel fuisse, *qu'on a aimé.*

Futuro, Amatum iri, *qu'on aimera.*

CONTINGIT.

INdicatiuo modo, tempore præsenti, Contingit.

Præterito imperfecto, Contingébat.

Præterito perfecto, Contigit.

Præterito plus quàm perfecto, Contigerat.

Futuro Continget.

Imperatiuo modo, tẽpore præsenti, Cõtingat sine futuro.

Optatiuo modo, tempore præsenti, & præterito imperfecto, vtinam Contingeret.

Præterito perfecto, & plus quàm perfecto, vtinam Contigisset.

Futuro, vtinam Contingat.

Subiunctiuo modo, tempore præsenti, cùm Contingat.

Præterito imperfecto, cùm Contingeret.

Præterito perfecto, cùm Contigerit.

Præterito plus quàm perfecto, cùm Contigisset,

Futuro, cùm Contigerit.

Infinitiuo modo tempore peæsenti, Contingere.

Præterito perfecto, & plus quàm perfecto, Contigisse. Cæteris caret.

ITVR.

INdicatiuo modo, tempore præsenti, Itur, ibâtur, itum est vel fuit itum erat vel fuerat, ibitur.

Imperatiuo. Eâtur tantùm.

Optatiuo, vtinam Irêtur, itum esset vel fuisset, eatur.

Subiunctiuo, cùm Eâtur, irêtur, itum sit vel fuerit, itùm esset vel fuisset, itum erit vel fuerit.

DE CONSTRVCTIONE OCTO partium orationis, regulæ vulgatiores, fere ex Thoma Linacro ad verbum desumptæ.

VT octo partes orationis rectè connectere & coagmentare possim, quid mihi primum omnium sciendum est? Earum congruentia.

Quid vocas congruentiam? Declinabiliũ orationis partium in aliquot accidentibus certis, inter ipsas consensum.

Quot partium est is consensus? Duarum, & earum quidem principalium, Nominis & verbi.

In quot accidentibus est? In quatuor. Numero, casu, genere, & persona. Hoc exemplis clariùs indicabitur.

DE CONSTRVCTIONE nominatiui.

Nominatiuus & verbum.

PRæceptor docet, ést-ne ergo oratio congrua? Maximè. Cur ita: Quia verbum personale, finiti modi, debet conuenire cum nominatiuo casu, aut posito, aut subaudito, in duobu

duobus accidentibus, numero, & persona: vt, Ego scribo, tu legis, ille ridet.

Gratus discipulus éstne oratio congrua? Etiam. Quare? Quia necesse est adiectiuum consentire cum substantiuo in tribus, nempè casu, genere, & numero: vt, Vir probus, mulier pudica mancipium seruile. *Adiectiuum & substantiuum.*

Sic omnia nomina interrogatiua, & relatiua accidentis, numeralia, & pronomina tum demonstratiua, tũ possessiua. Item participia, quæ eãdem obtinent cum suis substantiuis constructionem, quam habẽt adiectiua: vt, Quanta turba. Tanta moles, Neutra acies, Melior fortuna, Maximus latro, Tres fratres, Hic vir, Illa anus, Noster herus, Homo armatus.

Vir sapit qui pauca loquitur, éstne bona Latinitas? Est. Quamobrem? Quia relatiuum conuenit cum suo antecedente in quatuor, genere, numero, casu & persona, *Relatiuum & antecedens.*

Cohæréntne semper relatiuum & antecedens in quatuor? Non, Quapropter? Quia ita præcipit frequẽs regula: Si nullus nominatiuus interueniat inter relatiuum & verbum tunc relatiuum erit verbi nominatiuus. Sin autem aliquis nominatiuus interueniat inter relatiuum & verbum, tunc relatiuum talis erit casus, qualem verbum post se exigit: vt Audio fabulam, quam Terentius dedit. Aut talis casus qualem dictio sequens verbum exigit post se: vt, Deus sanctus est, cuius numen adoro: quem omnes pij cupiunt videre: à quo cupio amari. *Relatiui & antecedentis regula diligenter notanda.*

Plato est Philosophus, éstne oratio congrua? Est. Quare? Quia dictio per casus declinabilis, subiuncta verbo Sum, es, est, verbis vocatiuis, & corũ vim habentibus, modò nulla interueniat præpositio, cõuenit in casu cum ea dictione, quæ verbum præcedit: vt, Virgilius erat poëta. Virgilius vocatur Maro. Ego incedo rectus. Tu dormis supinus. *Verba vtrinque nominatiuum regentia.*

Sin autem dictio sequens verbum, sit adiectiuum, aut dictio quæ instar adiectiui construatur, necesse est vt conueniat cum dictione præcedente verbum, in casu, genere, & numero: vt, Præceptor est æger, *Le maistre est malade.* Et hæc vocatur appositiua constructio.

Audio Terentium, quem tu edidicisti, cur accusatiuus Quem præcedit suum verbum? Quia ita iubet regula. Quænam est ea? In vniuersum omne nomen, verbum, partici- *Appositiua constructio.*

pium, aduerbium, præpositio, aut interiectio, solēt obliquo casu, quem regunt, præponi: vt, Domus Pompeij, Clemētia Cæsaris, Video herū, Amās Deū, Prope fontē, &c. Nisi fortè obliquus huiusmodi sit nomen interrogatiuū, aut relatiuū qui quæ quod, quæ in hoc genere constructionis semper solent precedere dictiones, à quibus reguntur: vt, Quē queris? Vtri faues? Nónne sunt ij, quos tu perdideras.

DE CONSTRVCTIONE NOminis cum genitiuo,

Duo nomina substantiua ad diuersa pertinentia.

Codex Virgilij, éstne oratio congrua? Etiā. Quare? Quia omne nomen appellatiuum potest construi cum genitiuo dictionis sequentis, quæ quidē habeat ante se genitiui notam: vt, Mucro cultelli, *La poincte du cousteau.*

Sic Crista galli, Custos templi, Pudor virginis.

Verbalia cum genitiuo.

Amator virtutis, éstne oratio congrua? Est. Quamobrem? Quia omnia nomina verbalia, quæ appellatiuorum significationem habent, modò ab actiuis verbis deriuentur, possunt construi cum genitiuo dictionis sequentis, quæ notā genitiui habet ante se: vt, Amator doctorum, *Amateur des gens sçauans.* Tegimen capitis, *La coiffure de la teste.* Lectio præceptoris, *La leçon du Precepteur.*

Copiam seu abundantiam significantia.

Diues pecoris, éstne oratio Latina? Ita. Quare? Quia nomina adiectiua, quæ copiam seu abundantiam significant, vt Diues, opulentus, capax, plenus, & cætera, construuntur cum genitiuo dictionis sequētis, quę habet ante se notam genitiui: vt, Sum diues pecorum, *Ie suis riche de bestail.* Vas capax amphoræ, *Vaisseau capable d'vn broc de vin.* Plenus rimarū, *Plein de creuasses ou de fentes.*

Inopiam & penuriam significantia.

Expers fraudis, éstne oratio congrua? Maximè, Quare? Quia nomina significantia inopiam & penuriam, possunt construi cum genitiuo dictionis sequentis, quæ rē quæ deest significat, & notam genitiui ante se habet: vt Pauper, egenus, inops, indigus, expers omnium rerum, auxilij, fraudis, *Pauure indigent souffreteux de toute chose.*

Inopiam cum desiderio significantia.

Cupidus laudis, éstne oratio congrua? Etiam. Cur ita? Quia nomina, quæ significant inopiam cum desiderio, possunt construi cum genitiuo casu dictionis sequētis, cui nota genitiui præponitur: vt, Auarus pecuniæ, *Conuoiteux d'argent.* Cupidus, auidus literarum, *Conuoiteux de science.*

Horum tamen quædam construi possunt cum voce gerundij, in Di finita: vt, Cupidus viuendi, Auidus bibendi.

Scientiam aut inscitiam significantia.

Nescius fraudis, éstne oratio Latina? Quidni. Quare? Quia nomina significantia scientiam aut inscitiam, construuntur cum genitiuo dictionis sequentis, quæ habet ante se notam genitiui: vt Peritus, gnarus, ignarus rerum. Anceps, dubius scientiæ. Certus, incertus consilii. Prudens, imprudens, conscius facti. Et cum his, Compos, securus, potens, reus.

Partitiua nomina.

Alter geminorum, éstne oratio Latina? Est. Quamobrem? Quia nomina partitiua construuntur cum genitiuo plurali dictionis sequentis, quæ ante se genitiui notam habet: vt Alter, vterque nostrum. Quisque, vnusquisque maiorum. Nemo, vnus, vel solus hominum. Adde hæc tria interrogatiua, Quis, vter, & quot.

Primus sedentium, éstne oratio congrua? Etiam. Quare? Quia omnia nomina numeri, quæ Ordinalia vocantur, construuntur cum genitiuo plurali omnium dictionum habentium ante se notam genitiui: vt, Primus, secundus, tertius fratrum.

Ordinalia nomina.

Sanissima corporum, éstne oratio congrua? Est. Quare? Quia nomina superlatiui gradus construuntur cum genitiuo plurali dictionum sequentium, quæ ante se habent genitiui notam: vt Minimus fratrum. Hic tamen genitiuus sæpe resoluitur in ablatiuum cum præpositione E vel Ex: vt, Minimus è fratribus.

DE CONSTRVCTIONE nominis cum datiuo.

Superlatiui gradus nomina.

Gratificationem, commodum vel incommodum significantia.

Gratus præceptori, éstne oratio Latina? Maximè. Quamobrem? Quia omnia nomina significantia gratificationem, commodum vel incommodum, construuntur cum datiuo dictionis sequentis, quæ notam datiui ante se habet: vt, Labor est vtilis corpori, *Le labeur est vtile au corps.*

Huiusmodi adiectiua sunt, Vtilis, inutilis, damnosus, periculosus, commodus, incommodus, iucundus & supplex, cum similibus.

Similitudinem aut æqualitatem significantia.

Similis regij, éstne oratio congrua? Etiam. Quare? Quia nomina significantia similitudinem, aut æqualitatem, aut quæ his sunt contrariæ significationis, aut quæ relationem ad aliquid significant, velut composita cum præpositione con construuntur cum datiuo sequenti, cui nota datiui præponitur: vt Similis, dissimilis, par, impar, æqualis, inæqualis, contubernalis, commilito, conseruus, cognatus mihi. Si-

militer etiam Socius & comes.

DE CONSTRVCTIONE
nominis cum accusatiuo.

Mensuram significantia. Latus & profundus palmum, éstne oratio Latina? Etiam. Cur ita? Quia adiectiua mensuram significantia, construuntur cum accusatiuo nominis significantis definitam mensuram: vt Latus, longus, crassus pedem vnum.

Adiectiua cum gerundio in dũ. Aptus ad regendum éstne oratio congrua? Est. Quamobrem? Quia post huiuscemodi adiectiua, Aptus, idoneus, commodus, segnis, inuitus, diligens, vehemens, vtimur gerundij voce in dum finita, cum præpositione Ad: infinito verò non item, etiamsi eadem sit vtriusque significatio: vt, Aptus vel idoneus ad dicendum, non autem Aptus dicere.

DE CONSTRVCTIONE
nominis cum ablatiuo.

Adiectiua ablatiuum regentia. Dignus laude éstne oratio congrua? Etiam. Quare? Quia hæc adiectiua Dignus, indignus, vacuus, viduus, orbus, præditus, contentus, construuntur cum ablatiuo casu: vt, Vacuus cerebro. Viduus pharetra.

Posterius supinum. Difficilis auditu, éstne oratio congrua? Est. Quare? Quia multa adiectiua, cùm significatio infinitiui modi in sermone vernaculo eis subiicitur, cum posteriore supino venustè construuntur: vt Facilis, difficilis gustatu. Suaue, vel acerbũ dictu. Horridum visu. Incredibile, dignum, indignum memoratu.

Comparatiui gradus nomina. Frigidior glacie éstne oratio venusta? Est. Cur ita? Quia omnia comparatiua construuntur cum ablatiuo dictionis sequentis, quæ habet ante se hanc notam Gallicam, *Plus que.* vt Frigidior glacie, *Plus froid que glace.* Hic verò ablatiuus potest resolui in coniunctionem electiuam, Quàm, & nominatiuum eiusdem numeri: vt, Doctior Platone, Doctior quã Plato.

DE CONSTRVCTIONE
verborum actiuorum.

Verbũ actiuũ. Amo studiosos, éstne oratio congrua? Etiã. Cur ita? Quia omne verbum actiuum solet construi cum accusatiuo casu: vt Doceo literas, Aro terram, Ædifico ædem.

Hic accusatiuus, in oratione passiua fit nominatiuus, significatione actiui verbi in passiuam mutata, & dictione rem agentem significante, in ablatiuum casum versa, hoc pacto: Amo studiosos, Studiosi amantur à me. Aro terram,

Terra aratur à me AEdifico ædem, AEdes ædificatur à me. Cupio equitare, éstne oratio Latina? Maximè. Quamobrem? Quia multa verba actiua loco accusatiui casus, possunt cõstrui cum infinitiuo modo: velut Cupio, volo, nolo, malo, præpono, paro, affirmo, nego, incipio, censeo, sentio, iudico, indico, duco, puto, existimo, scio, timeo, audeo, suadeo, iubeo, impero, opto, dico, debeo, cum aliis præterea nonnullis, quæ similem habent significationem alicui horum verborum, & quædam eorum passiuis. vt, Volo discere, Nolo te ire, Puto te audisse, Cogor adesse. *Actiua verba cum infinitiuo constructa.*

DE CONSTRVCTIONE verborum passiuorum.

Quot sunt passiuorum genera? Tria. Quæ? Vnum, quod omnes personas habet & numeros: vt, Amor, doceor, legor, audior. Alterum, quod ferè tertiam personam habet in vtroque numero: vt Bibitur, bibuntur: Aratur, arantur. Tertium, quod tertiam personam recipit in singulari numero tantũ, quod vulgò impersonale vocatur vt Curritur, statur. *Verborum passiuorum tria genera.*

Lædor ab hoste, éstne oratio congrua? Etiam. Quare? Quia verba passiua primi aut secundi generis, habent ante se nominatiuum dictionis significantis rem patientem pòst verò ablatiuum dictionis significantis rem agentem, cum vna harum præpositionum, A, ab vel abs. Res autem agens intelligitur, quæ in sermone vernaculo sequitur notam genitiui casus: vt, Ego doceor à præceptore, *Ie suis enseigné du maistre.* Ager seritur a Camillo. Pharmaculum bibitur ab Alexandro. *Passiuorum regimen.*

Et ferè ablatiuus qui sequitur verba passiua, potest verti in datiuum casum: vt Amor à te, vel tibi.

DE CONSTRVCTIONE verborum neutrorum.

Sum, quale verbum? Neutrum. Quare? Quia in prima persona singulari desinit in um, & non potest verti in passiuam significationem, nec regere post se accusatiuum casum. *Sum.*

Disto, quale verbum? Neutrum. Quare? Quia in prima persona in singulari desinit in o, nec recipit passiuam interpretationem, velut actiua verba solent: nec potest regere accusatiuum, nisi mensuræ solùm: vt Distat mille passus. *Disto.*

Surgo, quale verbum? Neutrum absolutum. Quare? Quia cum suo nominatiuo sensum perfectum absoluit: atque ideò cum nullo alio casu naturaliter solet construi. *Surgo.*

Huius generis sunt verba, quæ Latinè desinunt in sco: & quæ plerunque affectionem significant, aut corporis habitudinem: vt Sto, iaceo, sedeo, surgo, vigilo, dormio, nauseo, rubeo, turgeo, horreo. Multa prætereа, quæ motum corporis significant: vt Curro, eo, vado, ambulo, venio Excipiuntur ex verbis in sco finitis, Disco, conquiesco, assuesco, pro assuefio.

Neutra absoluta.

Eo in syluam, éstne oratio congrua? Est. Quare? Quia neutra absoluta, quæ motum significant, construuntur cum accusatiuo casu appellatiuorum, quæ respondent ad quæstionem Quò, cum præpositione Ad, vel In: velut, Ego eo. Quò? In syluam Aut cum ablatiuo cum præpositione A, vel Ab, qui responderi potest ad quæstionem quæ fit per Vnde: vt Vnde venis? A sylua, à domo, ab agris.

Neutra absoluta motum significantia.

Eo dormitum, ést ne oratio Latina? Etiam. Quare? Quia neutra absoluta significantia motum, construuntur cum supino in tum, dictionis quæ respondet ad hanc quæstionem, *Quoy faire?* vt, *Ie m'en vay. Quoy faire? Dormir,* Dormitum.

Neutra absoluta constructa cum priore supino.

Placeo, quale verbum? Neutrum transitiuũ. Cur ita? Quia cum suo nominatiuo efficit sensum perfectum, sine alia dictione per casus declinabili.

Placeo præceptori, éstne oratio cõgrua? Est. Cur ita? Quia omnia hæc verba subiecta regunt post se datiuum, Pareo, obedio, seruio, inseruio, obtempero, satisfacio, acquiesco, placeo, displiceo, subuenio, succurro, resisto, obsisto, obsto, repugno, faueo, studeo, aspiro, noceo, officio, inuideo, insulto, asto, hæreo, adhæreo, incumbo, impendeo, tempero, pro moderor, propinquo, fido, cõfido, inuigilo, insto, succenseo, præsideo, præsto, præualeo, præuideo, diffideo, consulo, pro eo quod est consilium do. Et composita ab hoc verbo Sũ, vt Adsum, desum, insum, obsũ, prosũ, subsum: excipe Possum.

Neutra transitiua cũ datiuo.

Abundo frugibus, éstne oratio Latina? Est. Quare. Quia hæc neutra transitiua construuntur cum ablatiuo casu, Affluo, abundo, exubero, gaudeo, careo, egeo, indigeo: vt, Affluo pecuniis, abundo libris. Hæc autem duo, Egeo, indigeo, etiam cum genitiuo construuntur: vt, Egeo consilij, indigeo patris.

Neutra transitiua cum ablatiuo.

Desinac maledicere, éstne oratio Latina? Maximè. Quare? Quia hæc neutra, Desino, cesso, perseuero, & pergo pro perseuero, construuntur solùm cum infinito modo, velut interdum etiam verbum Gaudeo.

Verba neutra cum infinitiuo constructa.

DE CONSTRVCTIONE VERborum communium.

Criminor, quale verbum? Commune. Cur ita? Quia finitur in or, & habet significationem & actiui & passiui.

Criminor te, vel à te, éstne oratio congrua? Etiam. Quare? Quia verbum commune, quum eo velut actiuo vtimur, construitur instar actiui: quum verò vt passiuo vtimur, instar passiui. *Verbi cõmunis regimen.*

Quot vulgò communia verba numerantur? Decem. Quæ sunt? Largior, experior, veneror, moror, oscúlor, hortor, criminor, amplector, interpretor, hospitor. *Decem verba communia.*

DE CONSTRVCTIONE VERborum deponentium.

Sequor, quale verbum? Deponens. Quare? Quia desinit in or, & habet significationem actiui, vel neutri. *Deponentis verbi regim.*

Sequor maiores, éstne oratio congrua? Etiam. Quare? Quia omnia deponentia, quæ habent significationem actiuorum, regunt post se accusatiuum rei patiêtis, velut actiua: vt, Sequor, insequor, aggredior, adorior, furor, populor, prædor, opinor. Breuitérque omnia, quæ præter nominatiuum ante se admittunt quæstioné, Quam rem, de patiéte quærentem: vt, Quam rem precaris? Mortem. Quã rem loqueris? Æquam & iustam. Exceptis paucis deponentibus neutris, quæ inferiùs recensebuntur.

Opinor rediisse, éstne oratio Latina? Est. Quamobrem? Quia hæc deponentia, Conor, molior, inficior, reor, opinor, vereor, hortor, precor, gratulor construuntur cum infinitiuo modo verbi significantis actionem: vt, Molior inferre. *Deponentia constructa cũ infinitiuo.*

Reminiscor huius rei, vel hanc rem, éstne oratio congrua? Est. Cur ita? Quia hæc deponentia, Recordor, reminiscor, obliuiscor, possunt sine discrimine construi cum genitiuo, vel accusatiuo. *Genitiuum vel accusatiuum regentia.*

Laméntor, quale deponés? Absolutum. Quare? Quia nulla dictione per casus declinabili sequente, cum suo nominatiuo, sensum perfectum reddit audientibus. Huiuscemodi verba sunt, Philosophor, rusticor, expergiscor, morior, iocor, nugor, spatior, vagor, labor, peregrinor, periclitor, ratiocinor, luctor, crapulor, pergræcor proficiscor, ingredior, progredior, reuertor, congredior, altercor, tumultuor, grassor, lamentor, orior nascor, renascor. *Verbum absolutum quid.*

Proficiscor ad vrbem, éstne oratio Latina? Etiam. Qua-

Neutra absoluta, motum significantia. re: Quia neutra absoluta quæ significant motū, regūt post se accusatiuos nominum appellatiuorum, quæ respondent ad quæstionem Quò, cum præpositione Ad vel In: vt, Ego proficiscor. Quò? Ad vrbem. Et ablatiuum cū præpositione A, vel Ab respondētem quæstioni Vnde. vt, Vnde profectus es? Ab vrbe, à suburbano.

Cum supino constructa. Proficiscor visum, éstne oratio congrua? Maximè. Cur ita? Quia neutra absoluta significantia motum, construuntur cum supino in um, quod respondet ad quæstioné hanc. *Quoy faire?* vt: *Ie m'en vay. Quoy faire? Veoir*, Visum,

Suffragor, quale deponens? Transitiuum. Quare? Quia significatione simile est neutro transitiuo.

Cum datiuo constructa. Suffragor amico, éstne oratio Latina? Est. Quamobrem? Quia hæc deponentia trāsitiua; Auxilior, adminiculor, opitulor, suffragor, innitor, blandior, miror, adulor, assentior, medeor, aduersor, obsequor, moderor, insidior, & dominor, cum aliis huiuscemodi, construuntur cum datiuo.

Cū ablatiuo. Vtor pulla veste, éstne oratio cōgrua? Etiam. Quare: Quia hæc deponētia, Vtor, fruor, abutor, fungor, vescor & potior, construuntur cum ablatiuo. Potior verò etiam cum genitiuo: vt Potior rerum. Cum genitiuo etiam construitur Misereor: vt, Misereor inopum.

Potior. Misereor.

VERBA ACTIVA DIVERSARVM rerum, diuersos casus regentia.

QVAE PRAETER ACCVSATIVVM regunt genitiuum aut ablatiuum.

Crimē vel accusatio, cōsignificantia. Accusauit illum ingratitudinis vel ingratitudine, vtrum bene dicitur? Quidni. Quare. Quia omnia verba actiua, quæ ad accusationem vel criminationem spectāt possunt præter accusatiuum regere genitiuum vel ablatiuum significantē crimé: qualia sunt Culpo, arguo, accuso te furti, vel furto.

QVAE ACCVSATIVVM ET datiuum regunt.

Actiuum. Dicaui illi librum, éstne oratio Latina? Etiam. Quare? Quia omne verbum actiuum, præter accusatiuum potest regere datiuū eius rei, quæ responderi potest ad quæstioné factā per cui. vt, Do trado, dedo, vel demonstro hominē tibi,

Eodem pacto construuntur deponentia actiuæ significationis; vt, Loquor, testor, testificor, gratificor hæc tibi.

QVAE DVOS ACCVSAtiuos regunt.

Doceo te literas, dicitúrne Latinè? Quidni? Cur ita? Quia hæc verba, Doceo, rogo, interrogo, oro, quæro, flagito, peto, postulo, celo, calceo, induo, vestio, cingo, regunt post se binos accusatiuos, quorum alter etiam in passiua voce seruari potest: vt, Doceor Grammaticen, Induor vestem. *Docendi, rogandi, celandi, & vestiendi verba.*

Ex prædictis autem verbis, ea quæ ad corporis ornatum spectant possunt loco accusatiui id quod induimur significantis, habere ablatiuum: vt Induo te stola, aut toga.

QVAE ACCVSATIVVM ET ablatiuum habent.

Spoliauit me libris, éstne oratio congrua? Etiam. Quare? Quia hæc verba Spolio priuo, exonero, fraudo, leuo, vacuo, impleo, farcio, refarcio, & huius generis verba, præter accusatiuum, adsciscunt etiam ablatiuum: vt, Impleo cyathum vino.

Paulò illũ supero, éstne oratio Latina? Est. Quare? Quia in vniuersum actiua significantia excessum aut præcellentiam, possunt præter suum accusatiuum regere ablatiuũ dictionis significantis mensuram excessus aut præcellentiæ: vt, Præfero hunc multo. Aliquanto eum præcellit. *Verba mensuram & excessum significantia.*

QVAE ACCVSATIVVM CVM DATIVO aut ablatiuo adsciscunt.

Abstulit mihi, vel à me ensem, éstne oratiò congrua? Etiã. Quare? Quia omne verbum, quod ablationẽ significat, velut Aufero, eripio, adimo, furor, etiã arceo & amolior, præter accusatiuum ferũtur in datiuum, vel ablatiuum cũ præpositione: vt, Eripuit mihi, vel à me, librum. Similiter etiã verba rogandi: vt Peto à te. Oro à te. Flagito à te. *Auferendi verba.*

ABLATIVVS INSTRVMENTI.

Scripsit hæc calamo, éstne oratio congrua? Est. Cur ita? Quia omne verborum genus regere potest ablatiuum eius rei, quæ rationem instrumenti obtinet, præpositione Cum semper quidem subaudita, sed nunquam adhibita: vt, Alo te carne. Cædo te baculo. Seruio tibi manibus. Sto pedibus. Video & videor oculis. *Instrumenti.*

ABLATIVVS PRETII.

Emi librum decem assibus, éstne oratio Latina? Etiam. Quamobrem? Quia omne verborum genus potest transire in ablatiuum dictionis, quę rationem pretij habet, modo *Pretij.*

nomen sit ablatiuum: vt, Vendidi auro. Emptus sum argento. Tacet magna mercede. Loquitur paruo. Dormit multo pretio. Vigilat magno pretio.

Omne verbum potest sibi subiicere praepositionem.

Diuerto extra muros, éstne oratio congrua? Maximè. Cur ita? Quia cuilibet verbo pro ratione rei subiectæ potest succedere præpositio cum suo casu: vt, Sum vel iaceo in suburbio, vel extra muros, vel prope flumē Doceo, vel doceor in ludo. Seruio ad molas. Lætor, iocor cum amicis, vel sine inuidia.

ABLATIVVS TEMPORIS.

Interrogatiua temporis per Quandiu.

Studui hìc annos, vel annum, éstne oratio congrua? Etiā. Cur ita? Quia quoduis verbum potest trāsire in ablatiuum, aut in accusatiuum casum dictionis significātis tēpus, quæ ad hāc interrogationem, Quandiu respondet: vt, Studui sex menses, vel sex mensibus.

Interrogatiua temporis per Quando.

Verùm dictio, quæ velut ad quæstionem Quando redditur, in ablatiuo vsurpatur: vt, Quando venisti? Hora prima. Nisi eam præcedat præpositionum harū aliqua, Ante, post, circiter, intra, in sermone vernaculo? tum enim Latinè adhibere necesse est: vt, Veni post, vel ante cœnam, & circiter horam sextam. Absoluā opus intra paucos dies, vel paucis diebus. Veni ad diem statutum, vel in ipso tempore.

GENERALIS CONSTRVCTIO
omnium modorum, vocum Gerundij, & participiorum.

Modi, tempora, gerundia & supina.

Vtinam audiissem Virgilium, éstne oratio congrua? Est. Cur ita? Quia omnes modi & tēpora verborum, cum vocibus gerundij & supini, regunt eundem casum post se, quem verba à quibus deriuantur: vt, Audiendi, audiendo, audiendum, vel auditum sacrum.

CONSTRVCTIO PARTICIPIORVM.

Participia.

Ouidius dictus Naso, éstne oratio Latina? Etiam, Quare? Quia participia habent constructionem suorum verborū: vt, Simon creditus est amicus. Amans virtutem. Superaturus hostem. Amatus à bonis. Amandus à ciuibus.

ABLATIVVS CONCEQVENTIAE,
seu absolutus.

Absolutus ablatiuus.

Carolo regnante hæc sunt edita, éstne Latina oratio? Est. Quamobrem? Quia in oratione post nomē & participium, aut pronomen & participium, quum sequitur verbum cum nominatiuo diuersæ rei à nomine aut pronomine, tum no-

men aut pronomen cum participio, erunt ablatiui casus, qui vulgò appellatur Ablatiuus consequentiæ. Exempla omnium temporum sunt hæc, Cæsare regnante Virgilius est natus. Me profecturo tu manebis. Veteribus legendis refloruerunt literæ. Audita lectione veniam.

VOCVM GERVNDII CONstructio.

Tempus serendi frumenta, éstne oratio congrua? Maximè. Cur ita? Quia omnes voces gerundij habent post se constructionem suorum verborum: vt, Studio videndi patres vestros. Paratus ad gratificandum amicis. In tribuēdo suum cuique. Legendo veteres proficio. *Gerundia.*

Vox autem actiua gerundij in Di finita, sequitur substantiua: vt, Tempus abeundi. Et certa quædam adiectiua: vt, Cupidus viuendi. *Di.*

Vox gerundij in Dum actiuæ significationis, subiicitúr tribus præpositionibus, Ad: vt Ad dimicandum: Inter, vt Inter agendum, id est, dum agis: Ante, vt Ante domandum, id est, antè quàm domas. *Dum.*

Alia etiam vox est, huic quidem terminatione similis in nominatiuo & accusatiuo casu, & neutro tantùm genere, cum verbo Sum, quæ significat aut debitum, aut necessitatem: vt, Parendum est parentibus. Censui de his ad te scribendum, vel scribendum esse. *Gerundium in Dum cū verbo Sum, es, est.*

Cùm verò dicimus, Censui hanc rem tecum, vel à te tractandum: iam participium est, & cum eo subaudiendus est infinitiuus modus Esse.

Vox gerundij in Do actiuæ significationis interdum per se posita, pro participio præsentis temporis accipitur: vt, Hos occidendo, illos accusando, totam ciuitatem labefactasti: pro occidens, & accusans. *Do.*

Interdum subiicitur his præpositionibus In, de, ex, à vel ab: vt, In nauigando. De transeundo in agrum. Ex defendendo, quàm accusando, vberior gloria paratur. Cùm à scribendo vacaré. Ratio rectè scribendi cōiuncta cum loquēdo est. *Gerundia in Do aliquot præpositionibus subiecta.*

DE VOCIBVS GERVNDII passiuæ significationis.

Voces gerundij passiuæ significationis semper absolutè sumuntur. Accusatiuo passiuè sumpto vtimur cum præpositione Ad, velut actiuo: vt, Satis illustris ad cognoscendum. Facilis ad discendum.

Ablatiuus item post verba & præpositiones absolutè accipitur: vt, Anguis crepat cantando.

Vltima supina

Item supina in tu absolutè ponuntur: vt, Difficile dictu. Incredibile memoratu.

DE RATIONE MVTANDI VOCES gerundij actiuæ significationis in participia passiua.

Participia in dus.

Participia in Dus interdum significant præsens tempus: vt Amandus, *Qui est aimé*. Sed hoc genere frequentiùs in obliquis casibus vtimur. Interdum habent significationem futuri: vt Amandus, *Qui sera aimé.*

Gerundia aliquando vertuntur in participia in dus.
In significatione præsentis temporis.

Hoc loco sciendum, voces gerundij cum accusatiuis constructas, posse verti in participia in Dus, constructione transitiua mutata in transitiuam: nempè accusatiuo coniuncto in eo casu, in quo antea vox gerundij erat Id autem interdum fieri potest in significatione pręsentis temporis, hoc pacto. Per vocem gerundij in Di: vt, Impediebar hodie occupatione scribendi literas Per participium pręsens in Dus: vt, Impediebar hodie occupatione literarum scribendarum. Et per vocem gerundij in Do: vt, Discendo hæc præcepta proficies. Per participium præsens: vt, Discendis his præceptis proficies. Per vocem gerundij in Dum: vt, Inter agendum gratias hoc mihi accidit. Per participium præsens: vt, Inter agendas gratias hoc mihi contigit.

In significatione futuri temporis.

Rursus per participium futuri temporis, hoc pacto. Per vocem gerundij in Di: vt, Erit nobis cras libertas comedendi carnem. Per participium futuri temporis: vt, Erit nobis cras libertas carnis comedendæ. Per vocem gerundij in Do: vt, Cras erit mihi negotium in enarrando poëtas. Per participium futuri temporis: vt, Cras erit mihi negotium in poëtis enarrandis. Per vocem gerundij in Dum: vt, Ibimus cras ad colligendum nuces. Per participium futuri temporis: vt, Ibimus cras ad colligendas nuces.

DE CONSTRVCTIONE pronominum, Mei, Tui, Sui, Nostri, & Vestri.

Quando genitiuis pronominum vtendum sit.

Nō meministi nostri, cur hic potius dicimus nostri, quàm nostrum? Quia post omnia verba, voces gerundiorum, supina, & participia, quę cum genitiuo construuntur, vtimur genitiuis in i finitis duorum pronominum primitiuorū, Ego, & Tu: vt Misereor tui, vel vestri. Indiges mei, vel nostri, Ex

cipiuntur tamē duo verba impersonalia, Interest, & Refert, quæ ascribūt sibi ablatiuos fœmininos pronominū possessiuorū: vt, Interest, vel refert mea, tua, sua, nostra, & vestra.

Memor nostri, cur dicimus nostri, & non nostrum? Quia omnia adiectiua genitiuum regentia, cōstruuntur cum genitiuis pronominū in i: vt, Plenus, vel similis mei. Nescius, vel immemor tui. Cōpos, vel cupidus vestri. Expers nostri. *Adiectiua genitiuum regentia cum genitiuis pronominū in i.*

Excipiuntur numeralia, partitiua, & superlatiua: quæ quoties cum genitiuis pluralibus pronominum construuntur, adsciscunt genitiuos in um finitos: vt, Vnus vel duo nostrū. Quisque vel vterque vestrum. Tertius vel quartus nostrū. Maximus vel minimus vestrum. *Exceptio.*

DE RECIPROCIS SVI, ET SVVS.

Pronomine Sui nunquam vtimur, nisi cùm subiectum nominibus aut pronominibus, transitum verbi ad ipsa eadem reflectit, nempè ad eandem personam vnde progressus est: vt, Cicero diligit se. Reminiscitur sui. Fauet sibi. Loquitur secum. *Pronomine Sui quomodo vtendum.*

At interdum alterius personæ actionem ad prioris verbi nominatiuum reflectit, idque ferè post vnam harum trium coniunctionum, Vt, ne, & quòd: aut infinitiui verbi modū: vt, Rogat te vt venias ad se, vel venire ad se. Dicit quòd obliuisceris sui, vel te obliuisci sui. *Exceptio.*

Cùm verò actio tertiæ personæ transit in rem ad ipsam spectantem, vel ab ea possessam, tum vtemur pronomine possessiuo Suus. vt, Cicero meminit clientum suorum. Cicero prospexit rebus suis. *Quando vtimur pronomine Suus.*

DE CONSTRVCTIONE aduerbiorum.

Elegantius cæteris disputauit, éstne oratio congrua? Est. Cur ita? Quia aduerbia comparatiui & superlatiui gradus habent casus nominum comparatiui & superlatiui gradus post se: vt, Magis ille. Maximè omnium. Sed Propius & Proximè præter casus suorum nominum, etiam accusatiuū habent: vt, Propius & proximè vrbem. *Comparatiui & superlatiui gradus aduerbiorum constructio.*

Parum fidei, éstne oratio Latina? Etiam. Quare? Quia aduerbia quantitatis possunt construi cum genitiuo: vt, Parum pecuniæ. Satis fidei. *Quantitatis.*

Pridie calendarum, éstne oratio cōgrua? Maximè. Quamobrem? Quia hæc aduerbia temporis, Pridie & Postridie, possunt iungi cum genitiuo, vt, Pridie huius diei, aut etiam *Temporis.*

cum accuſatiuo: vt, Pridie Idus aut Calendas. Pridie Palilia. Poſtridie Nonas, aut Compitalia.

Demonſtrandi. Ecce autem alter, cur alter eſt nominatiui caſus? Quia hęc aduerbia demonſtrandi, En, & Ecce, poſſunt conſtrui cum nominatiuo: vt, En probitas. Ecce Deus. Et cum accuſatiuo: vt, En habitum. En quatuor aras.

PROPRIA NOMINA OPPIDOrum cum aduerbiis loci.

Ad locum. Profectus eſt Lutetiam, éſtne oratio congrua? Etiam. Cur ita? Quia quandocunque verbo ſubiicitur proprium oppidi nomen, velut ad locum ſignificans, aut velut reſpondens ad hanc quæſtionem Quò, ferè in accuſatiuo caſu ponetur ſine præpoſitione: vt, Eo Romam. Duobus appellatiuis Rus & Domus eodem modo vti ſolemus: vt, Eo domum, Eo rus.

E loco. Veni Lutetia, éſtne oratio Latina? Ita. Quare? Quia quum propria nomina oppidorum ponuntur poſt verbum, velut è loco ſignificantia, aut velut reſpondentia quæſtioni Vnde, erunt ablatiui caſus citra præpoſitionem: vt, Veni Roma, Tarento, Item, Venio rure, domo.

Per locum. Eadem ratio eſt in his quæ per locum ſignificant: vt, Quà tranſiuiſti? Roma, Tarento, rure, domo.

In loco. Franciſcus rex Gallorum mortuus eſt Aureliæ, éſtne oratio congrua? Eſt. Quare? Quia propria nomina oppidorum primæ vel ſecundæ declinationis, & ſingularis numeri, quæ reddi poſſunt ad quæſtionem Vbi, vel quæ ſubiiciuntur verbo ſignificanti vt in loco, erunt genitiui caſus: vt, Vbi fuiſti? Romæ, Tarenti, Lutetiæ: cum his quoque appellatiuis, Domi, humi, militiæ, belli, & togæ.

Exceptio. Si autem nomen oppidi fuerit pluralis numeri, aut alterius declinationis, erit ablatiui caſus: vt, Fui Athenis, Sulmone, Neapoli. Vnum appellatiuũ in datiuo vſurpamus, Ruri.

DE CONSTRVCTIONE præpoſitionum.

Apud. Apud forum audiui, eſtne oratio congrua? Etiam. Quare? Quia triginta ſunt præpoſitiones, quæ accuſatiuo caſui deſeruiunt, videlicet, Ad, apud, ante, aduerſum, &c.

Coram. Coram teſtibus, éſtne oratio Latina? Eſt. Cur ita? Quia ſunt quindecim præpoſitiones, quæ conſtruuntur cum ablatiuo caſu, ſcilicet, A, ab, abs, cum, &c.

I. Veni in vrbem, cur eſt oratio congrua? Quia In, quando ad locum ſignificat, cum accuſatiuo conſtruitur: vt, Eo in

templum, in forum. Quando verò significat aliquid esse aut fieri in loco, cōstruitur cum ablatiuo: vt, Disputo in hortis. Ita censendum de his tribus, Sub, super, & subter.

Quædam sunt autem præpositiones, quæ priuatam habēt rationem constructionis, velut Vsque, quod cum alia præpositione coniungitur: vt, Vsque ad Pamphiliam, vsque ad Taurum, vsque ad festum. Præter propria nomina oppidorum, & duo appellatiua Rus & domus, cum quibus solitaria construitur: vt Romam vsque, Neapolim vsque, Domum vsque, Rus vsque. *Vsque.*

Tenus verò & Versus contra naturā præpositionū subiiciūtur dictionibus quas regūt: vt, Romā versus, Pube tenus *Tenus & Versus.*

Interdum etiam Cum subiicitur: vt, Quicum, quibuscum, mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum. *Cum.*

DE CONSTRVCTIONE CONiunctionum.

Xenophon & Plato fuêre æquales, éstne oratio congrua? Etiam. Quare? Quia coniunctiones copulatiuæ & disiunctiuæ coniungunt in simili casu dictiones per casus inclinatas, quæ ad idem verbum referuntur: vt. Socrates docuit Xenophontem & Platonem. *Copulatiuarū & disiunctiuarum constructio.*

Cur dixisti dictiones quæ ad idem verbum referuntur? Qui nonnūquam ipsarum dictionum proprietas in causa est, quominus coniūctio similes casus iungere possit: vt, Emi equum centum numis, & pluris. Fui Romæ & Thebis. *Exceptio.*

Hæc itē quatuor, Quàm, Nisi, Præterquàm, & An, instar copulatiuarum similes casus connectunt. *Quam, Nisi, Præterquam An.*

Quanquam animus hortatur, éstne oratio congrua? Est. Quare? Quia Etsi, & Quāquam ferè construuntur cum indicatiuis modis verborum: vt, Quanquam oportet te abundare præceptis. Etsi vereor iudices. Tametsi etiam: vt, Tametsi se iactat. *Quanquam & Etsi. Tametsi.*

Quamuis autem & Licet ferè cum subiunctiuo modo iunguntur: vt, Quamuis exeat, Licet miretur. *Quamuis & Licet.*

DE CONSTRVCTIONE INteriectionum.

Hei mihi, éstne oratio Latina? Etiam. Quare? Quia hę interiectiones Hei & Veh, construuntur cum datiuo: vt Hei mihi, Veh tibi. Heu cum accusatiuo: vt, Heu stirpē inuisam. *Hei & Veh, Heu.*

Aliquando tamen Heu & Hei, construuntur cum nominatiuo: vt Heu pietas, Hei miseria.


Proh cum nominatiuo & accuſatiuo: vt, Proh Iupiter, Proh dolor, Proh Deum atque hominum fidem.

O cum nominatiuo iungi poteſt: vt O fortunati, quorum iam mœnia ſurgunt! O ego ne poſſem! Cum accuſatiuo: vt, O fortunatos! Et cum vocatiuo, ſed tum aduerbium eſt compellandi aut vocandi: vt, O Melibœe.

FINIS.









colorchecker CLASSIC

calibrite